This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


PONT
MISSIOU
SANGUIN
61A
P 76j
R
1598

DE NIMIS

LICENTIOSA

AC LIBERALIORE

INTEMPESTIVAQVE

Sanguinis miſſione, qua hodie pleriq; abutuntur,

BREVIS TRACTATIO.

Authore Iacobo Pons. D. Medico, Lugdunenſi.



x libris MARCOS FRANCISCO VIÑALS MADRID

LVGDVNI.

APVD PAVLVM FRELLON ET ABRAHAM CLOQVEMIN.

M. D. XCVI.

AD HENRICVM QVARTVM, GALLIARVM ET NAVARRÆ REGEM CHRISTIANISSIMUM, & Inuictiſſimum, ac ſemper Auguſtum.

Iacobus Pons. D. Medicus Lugdunenſis.

Vereor admodum, Rex inuictiſſime, ne arrogantis hominis notam incurram apud pleroſque, quòd Celſitudini, ac Maieſtati tuæ quæ ſuperat omnem admirationem, homuncio ego, & nullius nominis, tractatũ hunc exiguum, auſim conſecrare. Verùm ſi inſtituti mei rationem intelligant, non dubito, quin aliter ſentiant. Vmprimum enim aggreſſus ſum hoc opus, Rex inuictiſſime, nihil minus venit in mentem, quàm id audere. Verum acta tua attentius conſideranti, viſum eſt, huius tractatus argumentum, cum tuis moribus, ac rebus geſtis præclaris ita conſentire,

vt me vel inuitum, ac repugnantem impulerit ad id audendum. Cùm primum enim huius regni gubernacula ſuſcepiſti, & veniſti in tuam poſſeſſionem, inuictiſſime Rex, offendiſti corporis huius regni ſingulas propemodum partes, nec ignobiliores, ſumma ſanguinis ſpurcitie inquinatas, nec quicquam propemodũ reliquum in venis, quod nõ eſſet impurum ac vitioſum, atque adeo, vt niſi cor ipſum, à quo vita illis largiebatur (quod tu ipſe es) integrum ac vegetũ fuiſſet, nõnullæ partes ei connexæ ac conſentientes, illius calore, ac vitali ſpiritu illuſtratæ, integræ permanſiſſent, actum erat de vita huius corporis, ac regni: quod iamiam vergebat ad interitum, ad cuius amiſſam ſanitatem, ac bonam valetudinem recuperandam, non excidiſti morbida mẽbra, Rex humaniſſime, nec ad meliorẽ ſtatum illi comparandum, vſus es multa phlebotomia, ſed pepercifti ſanguini, & corpus langueſcens ac moribundum, totíſque propemodũ viribus deſtitutum, blandis remediis, parca vacuatione, & cardiacis præſidiis, ab interitu

vin

vindicaſti, & in priſtinum ferme ſtatum reſti-
tuiſti. Non alienum itaque à ratione videba-
tur, ſanguini parcenti, tractatum hunc me-
dicum, qui eſt de reprimenda animia in mitten-
do ſanguine licentia, conſecrare. Reſpondent
enim hæc, quæ in morborum curatione volumus
obſeruar, his, quæ in reſtituendo, ac redinte-
grãdo hoc regno quotidie facis. Hoc vnum re-
ſtare videtur, quod votis omnibus vnà omnes
expetunt, atque optant, Rex inuictiſſime, ac
Chriſtianiſſime, vt quod in aliis prudenter ac
fœliciter facis, id in te ipſo velis obſeruare: in-
que totius huius corporis regni commodum, ac
ſalutem, cuius caput, & cor es, conſeruandi,
proprij ſanguinis velis eſſe ſtudioſus. Non ſo-
lùm, quo probus ac purus ſit, & ab omni cor-
ruptela alienus, ſed quòd eius conſeruatio, ad
vitam huius corporis ſit neceſſaria. Non enim
aliunde ſpirat, non viuit, non ſuſtẽtatur aliũ-
de: vt verè hoc de te dicere poſſumus, Rex in-
uictiſſimè, quod de corde dicitur: à te vno, &
vitalem ſpiritum, & calorem natiuum, in hu-
ius regni ſingula membra dimanare, vitám-

que

que à te vno haurire, & à te vno ſua habere, & expectare conſeruationem. Deumoptimum maximum, qui tam multis ac pene infinitis argumentis te ſibi chariſſimum declaratit, precamur, vt huius Regni tandem miſertus, tua conſilia, atque facta præclaris cœpta auſpicijs, ad ſui nominis laudem, & reipublicæ ſalutem dirigat, & te Regno, & Regnum tib conſeruet, ac populo tutam, trãquillámque pacem tribuat, nominiſque tui memoriam rerun geſtarum magnitudine, conſecret immortalitati.

CLAVDII VERDERII

LVRIACI, MAVRIACI, REGII IN LVGDVNENSI PRÆTORIO Cauſidici,

Vi donas lepidum tuum libellum,
Ponti, ſanguinis oſor, immo amator?
Puro ſanguine dignus integroq́,
Dignus ſanguine regio, libellus
Rege debuit auſpicante mitti:
Poteſt Rex dare gratiam libello.
Regi quid liber adferet? Salutem:
Cùm ſit Rex alienus à cruore,
Vltro ſe tamen obiicit periclis:
Sui prodigus, in quo ineſt facultas,
Per quam Gallia profligata ſpirat.
Hîc ſi parcere Rex, ſibi, ſuiſq́,
Suo parcere ſanguini, & ſuorum
Modum ponere diſcat, & periclis:
Dignum ſanguine regio libellum.

Anguine cùm noſtræ conſtet pars maxima vitæ,
Et corpus linquat gelidum cum ſanguine vitæ,
Viſque animæ cùm ſit, ſedeſq; potiſſima ſanguis,
Purpuream inde animam magno recitante Poëta,
Cur ſiunt ſectis exanguia corpora venis.
Sin minus arrident tanti tibi verba Poëtæ,
Accipe quid ſummi ſtatuant Edicta Tonantis.
Parcite, mortales, eſu temerare nefando
Mactatæ pecudis vetitum cum carne cruorem:
Nempe quòd inſit in hac anima (inſit) ſitq; piandum
Crimen morte atrox anima cum ſanguine veſci.
Haud ſecus immundum prohibebat ſanguinis eſum,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho,
Exuere humanos ritúſque referre ferarum,
Nomina qui primus mutauit vana Sophorum,
Atque Samum fugiens, Crotonia littora venit:
Cùm ſat abundè homini tellus alimenta miniſtret:
Poma, nuceſq; gerant horti, ſint vitibus vuæ.
Senſit & hoc, animam, vitamq; in ſanguine poni,
Ambitione noua, flagrans qui numen haberi
Præcipitem ſeſe flagrantem miſit in Æthnam.
Quis furor arripuit mortalia pectora, morti
Vt ſponte occurrant, ſtudeant quoque fallere vitam?
Accelerentq; necem iactura ſanguinis, atque
Alterius nutu properent præbere ſecanda
Bracchia, credentes dubia ſua membra ſecuri.
Quæ noua tam ſitiens humanum Empuſa cruorem,
Aut Lamia, abſorbet ſaniem iuuenumq; ſenumq;?
Sarmata, quiſve Getas inter tam dirus habetur,
Quem iuuet epoto, calidoq; madere cruore?
Intus alit ſanguis, nec at extra: durus & inde eſt

Intincta

Intinctas ſolitus vibrare cruore ſagittas
Vulneribus Scytha, quo poſſit procul eſſe medela.
Sanguineáſque pluit guttas cùm Iuppiter, iram
Portendit, pœnáſque, monens, inſtare minatur
Humano generi, ſcelerúmque piacula poſcit.
Prodigat infamis media gladiator arena
Quamlibet alterius, pugnans, propriumq; cruorem.
An nondum exhauſto ſatiati ſanguine? Non ſi
Sanguineam veſtræ penitus mergantur in vtrem
Ceruices, primo veluti feciſſe Monarchæ
Perſarum, Scythiæ fertur Regina Tomiris?
Heu numquámne cutim niſi pleni fortè cruoris,
Limoſæ exemplo linquetis hirudinis? At vos
Ieſſæi ſaltem moueant oracula vatis:
Extimuléntq; ſacri ſolemnia cantica Regis:
Ingratis benefacta Dei qui tanta recenſens,
Exprobránſque, Apage, hinc procul i, vir ſanguinis, inquit.
Attulit incautis quot miſsio ſanguinis iſta
Importuna necem ſubitam languentibus ægris,
Faſciolam ob laxam neglecti vulneris. An non
Æſopicus ſanguis vobis, hoc tempore belli,
Formidandus erit, Chriſti qui numine læſo,
Nil hominis præter faciem, noménque tenetis?
Non ſat erat morbi omne genus, velut agmine facto,
Quottidie, rabidámque famem, peſtémque ſolere
(Præter tot quibus eſt ætas obnoxia caſus)
Tenuia mortalis præcidere tempore vitæ:
Infectis cadere occulto pateríſque veneno
Complures, paucos at ſicca morte perire,
Ni ſua nudarent ſceleratum in viſcera ferrum?
Non ſat erat ſuaui interdicere ſanguinis ægris
Telluris potu, dum lautè viuitis ipſi?
Eſſe ſalutarem quem ſuaſerat attamen olim

Qui Latijs, Princeps, Medicûm noménque decúſque
Aſſeruit, quod turba rudis labefecerat ante?
Non ſat erat, tot funeſto cecidiſſe tumultu
Myriades hominum, ſpecie pietatis auitæ:
Nocte Herebóque ſatis præbentibus arma, facéſque,
Proh dolor! in noſtras auſis furialibus oras,
Vnde tot in noſtras incendia lata per vrbes,
Vnde tot atroces ſtrages, cædéſque cruentæ?
O Franci, antiquæ memores virtutis auorum,
O Franci, inquam, ſanguis ineſt quibus integer aui,
Iungite compoſita concordia fœdera dextra,
Conſpirate animis, & in vnum cogite vires
Rege ſub Henrico, quo non pietate, vel armis,
In terris vnquam viſus præſtantior alter.
Tros, Tyriúſq; omni poſito diſcrimine, vobis
Sint ijdem, inq; bonum commune referte viciſſim
Naufragio fuerint tanto quæcumque relicta:
Dum poſt tot cædes, pereat communibus armis
Perfidus Allobrox, & iniqui faſtus Iberi.
At quo dulcis amor patriæ me abduxit in altum!
Ergo, ſacra cohors Medicûm, Phœbeia proles,
Aut nunquam, aut niſi præſenti diſcrimine vitæ,
Parcius è venis vitalem haurite liquorem:
Quo ſinè, prorſus homo nihil eſt quàm putre cadauer.
Si quid ineſt autem vitioſum in ſanguine, vt atra
Si bilis, vel flaua natat, pituitáve lenta,
Purgetur ſenſim victus ratione, vel vſu
Rerum, quæ ſani fuerint medicaminis inſtar.
Sic ego te memini in tenui ſcripſiſſe libello
(Vnde tamen, Pontis, tibi laus non infima cedit,
Noſcere ſi libeat generoſum ex vngue leonem)
Immodicos æſtus pepones purgare ſolere
Hepatis, obſtructoſq; ſero reſerare meatus:

Pronorum

Pronorum nimium in venerem geneſimq; iuuare.
Ergo vitæ hominum vindex, clariſsime Ponti,
Ac princeps, quotquot docto numeroſa medentum
Nunc alit, atque fouet, deducta colonia Planco,
Euge, manu abſtruſis concinnum mitte libellum,
In lucem è tenebris, errores detegis vnus,
Quo labyrinthæos veterum, primúſque recentum,
Qui ſine delectu eliciunt è corpore ſanguen:
Quo ſinè prorſus homo nihil eſt quàm putre cadauer.
Qualis enim eſſe poteſt ægris damnoſior vllus
Artis quàm medices temerarius, ac malus error.
Vnde ſalus hominum pendet? Sic non datur error
Duplex in bello, Lamacho quem teſte, frequenter
Conſequitur clades ſumma, exitiumq; malorum.
Non igitur pigeat, pudeátve in lumina auras
Quos latitare domi reliquos finis edere fœtus:
Quorum conuellent nulla vnquam obliuia famam,
Perpetuo quin paſsim etiam excipientur honore.

Ianus Emichœnus Aruernus.

AD D. IACOBVM PONTIVM, DE LIBELLO SVO IN MEDICOS αἱματοφίλυς Dodecasticon Pet. Gr. Lingonensis Philiatri.

Venã ludus erat medicis pertũdere, ludus
Humorem ferro perdere viuificum.
Seu cita vis esset morbi, seu tardior, intus
Extrà hoc, aut illo tempore damna ferens, (tus)
Seu pituita mali bilisue aut spiritus auctor,
Tabida seu febris semina pestiferæ:
Omnis in immerito morbi fuga sanguine, langor
Vnde ægris præceps, aut Libitina fuit.
Te duce nunc cessant Ponti, hæc opprobria, tales
Harpyas medica pellis ab arte procul.
Iure ergo es vindex medicinæ, Epidaurius ægris.
Illam dedecori: hos subtrahis exitio.

AD

AD OPVS D. IA. PONTII DE MISSIONE SANGVINIS SOLVTI HENdecaſyllabi.

ECce, iam diu pugnat Apollinis
Ars, fatum contra, infelix hominibus,
Optata ſuperet morbum vt ſanitas.
At non id æqua, nec ſimili præſtat
Manu: ſed hîc cadit, hîc vincit illa:
Turpe, ſi foret quod Iouis dicitur
Inuentum ſacrum, hominibus fallax,
Abſit vt dicto, ſic fide longius
Sonis, & numeris eſt abſoluta
Ars, ſed illius latet, vt nobilis
Altiùs aurei vena metalli
Supereſt labor, in labore culpa
Artificis, fauet non cœli cunctis
Benigna temperies. Sed Maximus
Aperit venam, quando hoſpitem mittit
Hospes olympi, pontium, quo duce,
Quo patre medica diſcat corona
Secreta iugi Parnaſſi, & latices
Gorgoneos & Pieridum bona,
Quæ ſpirat numen ſanctius, Delphici
Vt artis opus & vita in ſanguine:
Sic tibi, Ponti, gloriam in ſanguine
Paras, inclytus tibi, & præradians
Poſteris lumen: vt bis vincit
Qui fugat, at non interimit hoſtem.

Sic

Sic tibi gemina laurus, dum parcit
Sanguini, nam ſeruas, auges, & alis
Ignem, & ſpiritum nec non, in his vitam
Dum ſeruas, nomen áuges, numen facis.
Adſit igitur, adſit Aonidum
Præſens auxilium, nouaq́ iungat
Muſa calorem, qua pendat gratiam
Pontio, medicorum columini
Nam mei cenſus leuis agelluli.
Quid verò pendans, tu tibi muneri
Virtute es propria, vice ferculi
Ipſa quæ ſibi: hâc dum ſit te reddis
Cœlo, & ſuperis: thura das ignibus
Virides lauros, atque aureas notas
Accingis capiti, & ſerpunt hederæ
Qua te nauclerum, ſciúmq́ vadorum
Canunt, & cinerem docente voce
Faciunt Phœnices vnde Phœbei
Exurgent, plurimi, ſed faxit Deus,
Ne vt formoſior prius decutitur
Roſa, ſic optima effugiat atas,
Sed tibi ſis cinis, naſci vt inchoes.

Petrus Vimarus Lugdunenſis
doctor Medicus:

AD ORNATISSIMVM VIRVM IACOBVM PONS DOCTOREM MEDICVM, IN SVVM De nimis licentiosa sanguinis missione librum.

Carmen Elegiacum.

QVæritis, vnde mihi liquido stat copia fandi,
Et Mars deposita casside sæuus adest.
Quid tibi, ait, mecũ? Clari monumẽta parẽtis.
Magnanimo, comites, credulus addis auo.
In vatem retulit vultus, Dea Pallas, amicos,
Quando, repercusso, vox ferit ore polum.
Sacráque verborum reuerentia, pondere magno,
Ambrosium fontis dat reserare sauum.
Primus ego ingredior lucenti vates ab vnda,
Quæ sicco è montis pumice, versa cadit,
Musáq; quæ balbo properabat carmine, quondam
Incedit liquido nunc bene compta pede.
Ergo age: vitabo ambages, fastigia rerum,
Expediam: gracilem sed rege Phœbe lyram.
Vnum opus est nobis, maiori incedere gressu.
PONCIADÆ vt grandi voce feratur honos.
Si memores palmas gemini mercantur Atridæ
Pelidéq; polo gloria magna leuat.
Quod Simoëntis aquas spumanti sanguine quondam
Turparint Priami strage furente domus.
Et dubitamus adhuc clara de Gente nepotum.
Paonidum fama Dijs dare PONCIADEN?
Corpora qui duro prudens reuocauit ab orco

Quand

Quando animam clauſit pectore purpuream
Quantum cæde malâ, morti deuouit acerbæ
Ignari, ex hauſto ſanguine, culpa viri
Tantum reſtituis Peon cœleſtibus auris
Non: ſi profuſus deſerat ora cruor.
En etiam foliis haud ſcripta fugacibus addo
Quæ non ſanguineis pingit arundo notis:
Ac veluti Medicus vigilis quem pugna doloris
Iactauit multa per fera tela necis,
Non ſtupet, attonitus, ſi quando ardentior æſtus
Corda premit veteri iam recidiua malo.
Verùm exundantem ambroſio cratera liquore
Membra fatiſcenti dat recreare viro.
Adde quòd, emeritos morbo, ſi viderit artus,
Laſſaq; ſub febris pondere membra grauæ
Vitales animæ rores, mixtúmque cruorem
Quanquam puro, ater fonte cadit lecoris,
Non ſinit ignota tonſoris cuſpide fundi.
Spumoſo pateram nec temerare globo:
Robora cum putido valeant ne parua cruore
Morſq; tegat gelidâ triſte cadauer humo.
Sic Rex magnanimus, cui Lugdunea triumphos
Oppida: cum ſanctæ pacis honore dicant.
Lilia Celtibero poſtquam depaſta Tyranno
Vidit: & exerno ſceptra recepta duci.
Non fera crudeles miſerandæ ſtragis aceruos
Dextra dedit: cuius fluxit in arua cruor.
At placitum, thalami fœdos abolere cruenti
Concubitus: nymphæ cum ſanie minima.
Eſt aliquis medici criſpans geſtamen honoru m
Diſſimulans, morbi vincere mente dolos
Si dolor integros exercet conſcius artus,
Lentat & in dubio febris amore virum.

DE NIMIS LICENTIOSA AC LIBERALIORE INTEMPESTIVAQVE SANGVINIS MISSIONE, qua hodie plerique abuntur,

BREVIS TRACTATIO.

T ſunt affectuum præter naturam, quibus corpus humanum obnoxium eſt, multiplices ac variæ ſpecies, ſic varia diuerſaque remediorum genera, pro cuiuſque natura ars medica ſuppeditat: Quorũ nõnulla, quòd ad multa vtilia ſint ac commodiſſima, magnarùmque virium, magna ac ſumma dicuntur. Alia his ſunt inferiora, ſed tamen non contemnendi vſus. Inter ea verò quæ magna dicuntur, Sãguinis miſſio, ob ſummam vim quam habet ad corporis humani ſanitatem, vel tutandam vel recuperandam, non poſtremum locum ſibi vendicat: ab Hippocrate & priſcis medicis non vſurpata ſolùm, ſed etiam plurimùm cõmẽdata, & quam veterum, tum empyricorum tum dogmaticorum nemo non admiſit, vno

Eraſiſtrato poſt Chryſippum excepto, quem Galenus multis argumentis, validiſſimiſque rationibus eſt inſectatus. Hoc genus euacuationis comprobarũt veteres illi, natura id demonſtrante, atque indicante. Animaduerterunt etenim, ſpontaneis ſanguinis euacuationibus immenſa atque innumera accedere hominibus cõmoda: mulieribus quidem ab his quæ poſt partum contingunt ſanguinis euacuationibus: cùm etiam à mẽſtruis purgationibus, quæ vbi curſum ſuum tenẽt, bonã ipſarum conſeruant valetudinem, eáſque reddunt immunes ab articulorum doloribus. Mulieres enim, vt habet aphoriſmus vigeſimus nonus libri ſexti, podagra non laborant, niſi eis menſes defecerint. A laterũ quoq; inflãmationibus eas vendicant perineumonia melancholia, angina ſputóque ac vomitu ſanguinis pluribuſq; aluus nõ leuibus morbis. Suppreſſę verò, aut pauciores, grauiſſimorum morborum, cauſæ exiſtũt. Vnde Hippocrates, aphoriſmo quinquageſimo ſeptimo libri primi: Subſiſtentibus menſtruis purgationibus, accidunt ab vtero morbi. Sic quoque in hominibus, hemorrhoidum cõſueta euacuatio, vitam à morbis immunem reddit, ſuppreſio graues infert. Recluſis etiam ſponte narium venis, aut ani, vel etiam vteri, plethoram non ſolum ſolùi febréſque, nonnul-

las

las,& ab inflãmationibus ortos affectus ſanari, verũ etiã impẽdentes pręcaueri obſeruarũt. Quibus quidem euentis impulſi, ac prouocati veteres illi,de ſanguinis miſſione, ac phlebotomia inſtituenda cogitarunt, & q̃ ſponte in nonnullis accidebat, id in aliis arte præſtare ſunt conati, Quibus dum euentus reſponderet, inſiſterunt magis, & in vſum phlebotomiam traduxerunt, ac poſteris tradiderunt, à quibus propter inſignes ſuas dotes, non ſolùm non admiſſa, ſed etiam mirificè amplexata eſt. Non ſolùm enim plethoram ſolui illa ſunt experti, febréſque nõnullas ſanari, ſed etiam grauiſſimos dolores ſedari, fluxiones cohiberi, ac fluentium humorum curſum intercipi, inflammationes arceri, impendentes ab his morbos præcaueri innumeraque alia pręſtari commoda animadueterunt,quæ nullum aliud remedium effecerit. Adeò ſanè, vt nihil prius, nec melius, ſiue ad tutandam ſanitatem, ſiue ad morbos curandos exiſtimarint hominibus à dijs conceſſum,tanta fuit eius remedij vis ac præſtantia. Verùm, vt erat hoc genus remedij magnum, & ad multos vſus comparatum, ſic accuratam quoque requirebat obſeruationem: tùm in quantitate idonea statuenda tùm in conuenienti, & tempeſtiuo vſu.

præſcribendo Vera etenim medendi ratio, non ſolum in conuenienti remedio rum ſpecie, ſed etiam in eorum iuſta menſura, idoneóque vtendi modo atque occaſione conſiſtit. In quibus equidem peccari à quam plurimis hac ætate videmus, qui veluti ſpretis artis præceptis, nullaque ſeruata moderatione ac menſura, hoc abuntur remedio, vel etiam ad prodigalitatem: tantumque ſibi licere in hac re putant, vt ab eo euacuationis genere non deſiſtant prius, quàm viros omni propemodum exhauſto ſanguine proſtrauerint. Occaſionem quoque aſpernantes nullo non morbi tempore, vel etiam inſtante ſtatu, & in ipſo ſtatu, phlebotomiam vſurpant, nullaque habita ratione aut habitus corporis, aut regionis, vel aëris ſtatus, imo ne vitium quidem, eam adhibent: quaſi hoc vnum fuerit omnibus, omnique tempori accommodatum, conuenienſque remedium, iuſteque poſsit quibuſcunque adhiberi. Imò verò adeò ſibi in eo placent nonnulli, vt ſi quod remedium ad quemuis morbum ab iis exquiratur, hoc vnum proponant, hoc vnum commendent, miriſque laudibus efferant, & quibuſcunque aliis præferant: ad hoc vnum denique non ſolùm in dubiis, ſed etiam in deploratis rebus

bus, veluti ad ſacram anchoram confugiant, huicque vni toti ſe concredant, magno quidem ægrorum damno. Quæ calamitas ab ab eo potiſsimùm tempore inualuit, à quo primùm Botallus ob eam nouitatem celebris in Gallia eſſe cœpit. Nec enim Hyppocratis, aut Galeni temporibus, hoc ita licebat abuti remedio in ægrorum perniciem, Nec etiam locum habebat, inter poſteriores illos doctrina,& experimentis claros medicos, qui nos non multo ante præceſſerunt Siluium, Fernelium, Hollerium, Petreum, Duretum, Saportam, Rondeletium, aliósque celebres eius ſeculi medicos, effrenata illa mittendi ſanguinis licentia, ſed præceptis artis coercita, ſuis finibus continebatur, Verùm adeò nunc inualuit, vt propemodum abierit in conſuetudinem, miniméque cenſeatur apud pleroſque medici nomine dignus, qui hoc genere remedij non abutatur ad licentiam. Quę cùm animaduerterem, grauitérque in ea re peccari viderem, ab iis potiſsimùm, quibus concredita eſſet medicina, ac pleroſque adeò obſtinato animo in eum ferri errorem, vt niſi proſpiceretur, periculum eſſet, ne ſerpente diutius malo medicinæ ars, aut corrueret, aut patefacto damno quod inferret, exploderetur, & de ſua dignitate decederet, eius mali coërcendum

impetum

impetum exiſtimaui, intercipiendúmque curſum ne longius progrederetur, oppoſito rationum vallo, & adhibitis demõſtrationum propugnaculis, quibus eiuſmodi homines, ab eo errore ad artis præcepta, & veterum medicorũ inſtituta reuocarentur. Neque enim conſilium fuit hoc opere tradere præcepta mittendi ſanguinis quæ à Galeno vno dicato ad hoc argumentum libro, & paſſim multis aliis in locis, ampliſsimè ſunt tradita, & à poſterioribus nõnullis fuſiſsimè tractata: ſed hoc vnũ indicare, quãtũ ab artis præceptis, & vera medendi methodo aberrent, qui profuſiore, & intempeſtiua vtuntur ſanguinis miſsione (quales multi hodie exiſtunt) quod docere nũc aggredimur.

Sanguinem alterum noſtræ generationis principium, & vitæ theſaurum, & caloris natiui ſedem ac vehiculum eſſe, veterum nemo eſt qui non agnoſcat. Vt meritò quidem ſenſerit Ariſtoteles, tantúm ineſſe animantibus caloris, quantum ſanguinis. Is ſpiritibus totus perfuſus tanta adfert corpori cõmoda, vt conſeruationis eius ac vitæ cauſa, huic vni potiſſimùm debeatur. Per ſingulas etenim corporis partes diffuſus, ac diperſus, alimentum ipſi præbet commodiſsimũ, ſpiritibus mater iam ſuppeditat, facultatum ſedes irrigat, vires conſeruat, humidum primogenitum fouet,

ac inſtaurat, ſemẽ teſtibus, lac mammis ſuppeditat nihilq; eſt in nobis optimi q̃ nõ cõferat, tantũq; poteſt ad vitã tutãdã ac conſeruandam vt in ſanguine tãquã in proprio domicilio poſitũ nõnulli veterũ exiſtimarint. Nõ videtur itaque probaada eius liberalior & profuſa euacuatio cum tot ab ea experiamur accedere corpori humano commoda Imo vero propter ſummas illas ſuas dotes eius conſeruationi maximè ſtudendum videtur arcendóſque eſſe, & ab artis miniſterio explodendos qui procliuiores & nimis liberales ſunt in ea inſtituẽda & qui nonverentur vel in leuiſſima cauſa extremam illius moliri euacuationem quinque tum ad curandos morbos, tum ad conſeruandam bonam valetudinem nihil melius putant eſſe, quam adhibere multam & frequentem phlebotoniam, qualis ille apud Botallum qui ad valetudinis tutelam non ſemel tantum ſed etiam bis ter vel quater ſingulis menſibus ſibi detrahi ſanguinem, curabat, Immenſam etenim illam & frequentiorem ac liberaliorem euacuationem Immenſa grauiáque conſequi incommoda. Ex eo maxime cõſtat q̃ ab eo genere euacuationis ſi quóq̃ ex alio exhalant ſpiritus labaſcũt vires lãgueſcit natiuus, calor, Imminuitur abſumiturq; humidũ illud primogeniũ, q̃ caloris natiui pabu-

lum & ſuſtentaculum eſt. Cuius rei teſtis eſt locupletiſſimus Hippocrates, aphoriſmo vigeſimo primo libri ſexti aphoriſmorũ, quo inquit, Hydropici aut empyematici dum vruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua confertim effluat, moriũtur. Id etenim accidit, vt docet Galenus in commentario, non alia de cauſa, quã ab euacuata vnà cum his ſpirituum copia quã dum ſuſtinere vires nõ poſſunt, protinus concidunt. Si enim ad horum excrementitiorum humorum, partis, videlicet, in thorace contenti aut ſeroſi humoris in abdomue coaeruati euacuationem, tanta ſequitur caloris ac ſpirituum diſſipatio, vt mors conſequatur. Quantò magis ad ſanguinis qui in venis continetur liberaliorem euacuationem conſequetur? cum is ſpiritibus ſit perfuſus magnámque in ſe caloris benigni portionem, ac vim cõtineat. Conſequi etiam ad ſanguinis euacuationẽ non paruam ſpirituum diſſolutionem, ac diſſipationem caloriſq; natiui exolutionem docent ea quæ ſponte ſanguinis copiam profundentibus accidunt ſymptomata, virium imbecillitas & decoloratio: Eueniunt enim hæc propter vtriuſque inopiam. Idem quoque videtur indicare Hippocrates aphoriſmo nono libri ſeptimi: dum inquit, à ſanguinis profluio deſipientia malum, non enim aliunde accidit eiuſmodi

modi affectio, quàm ab imbecillitate facultatis animalis contracta à caloris natiui ſpirituumq; diſſipatione, quam induxit profuſa ſanguinis euacuatio, cuius ratione non valet facultas illa, rerum formas componere, ſed ſingula cõfundens, delirare cogitur. Ab eadem quoque ſpirituum fieri diſſipationem docent, videndi acies obtuſior, viſusq; imbecillitas quæ ad frequentiorem phlebotomiam cõſequi experimur. Eget enim illa videndi actio multorum ſpirituum præſentia quorum portionem ſubſtrahit phlebotomia. Cuius rei cauſa nonnulli quoq; frequentiorem ad ſcapulas & ceruicem cucurbitularum applicationem improbarunt. Sed ſunt hæc leuia ſicum aliis incommodis quæ illa copioſior & ſæpius repetita ſanguinis miſsio adfert, comparentur: Immaturam quippe ſenectutem & grauibus morbis obnoxiam accerſit & proculdubio naturalem interitum accelerat, quo quid grauius eſſe poteſt homini ſuæ vitæ conſeruandæ ſtudioſo? Quum enim ſeneſcere nihil aliud ſit quã mutari à temperamento calido humido, in frigidum & ſiccum temporis ac annorum decurſu, facile ſequitur immoderatam & frequentiorem ſanguinis miſsionem hęc temperamentorum mutatio, cuius ſubſtractione à quo tum calor natiuus tum humidum ſubſtantificum fo-

uebatur & cõseruabatur. Vnde & ex viscerum imbecillitate quę ad illam caloris & spirituum dissipationem ac imminutionem cõsequitur, excrementorũ quoque fit prouẽtus quę valetudinariã morbisq; obnoxiã reddũt senectutẽ, vt merito ac iure dici possit, ea constitutio senilis ex morbo. Naturalem autem accelerari interitum frequẽtiori phlebotomia & largiori sanguinis missione, hinc fit manifestum. Quòd dũ res notentur naturalis interitus causæ: Siccitas à depascente calore humidum primigenium. Excrementorum prouentus tum ab ingestorum vitio & impuritate: tum à viscerum imbecillitate quę annorũ decursu furgetur: postremò triplicis substantię iactura ac dissolutio, à vi caloris nativi & ab externis causis. Sanguinis frequentior & immoderata euacuatio has omnes inuehit ac profert & complectitur. Sublato enim ac impensius euacuato per phlebotomiam sanguine, tollitur id à quo humidior alimenti portio partibus solidis accedebat, vnde siccitas. Ea vero spirituũ dissipatio & imminutio caloris nativi excrementorum prouentum facit. Triplicis autem substantiæ effluuij instaurationem deteriorem facit multa & frequens sanguinis missio, propter ea quod illa sic factam ex sanguine multo deteriore eo q̃ vero secta effluxit nisi ita sit vitiosus. Est autẽ

de-

deterior ſãguis ex quo fit inſtauratio illa & qui reponitur in locum eius qui eductus fuit. quod facultatum corpus noſtrum diſpenſantium, & partium alimentum conficientium perpetua quędam ſit declinatio & in dies in nobis omnia conſeneſcant ita vt. Vt non ſit eadem vis tum vẽtriculi tũ hepatis nec idem robur quod fuit ante. Singula etenim hæc in nobis de ſua integritate in dies aliquid amittunt. Vnde fit vt quod reponitur alimentum, partibus ſolidis nunquam prioris bonitatem attingat, ex deteriore videlicet ſanguine comparatum. Inde concurrentibus alijs commemoratis cauſis vnde certum eſt naturalem accelerati interitum. Moderanda igitur ac temperanda eſt illa vacuatio, ex cuius exceſſu tot emergerunt incommoda, & quæ valetudinis conſeruationi tantopere obſiſtit, quæ tantùmque ſolùm detrahendum ſanguinis quantum ſuffecerit ad tollendam copiam & portione ſui oneris leuandam naturam. Quod etiam licet aliare non vrgente, alijs euacuationũ generibus pſtare victu ſcilicet tenui & paruire victu, tũ inedia, dureticis hydroticis & alui ſubductione, aut prouocatione intermiſſæ alicuius enacuationis. De quibus Galenus ampliſsime capite nono libri de curandi ratione per ſanguinis miſsionem. Hæc dicta ſint de his

qui ad tutandam bonam valetudinem frequen tiore & copioſiore ſanguinis miſsione vtũtur: in quo nõ ſolũ plæriq; peccare videtur, ſed etiã multóque magis in eo quod non in plenitudine ſolum & affectibus quos plethora producit, ſed etiã in cacochymia phlebotomiam vſurpant. Quum enim cacochymia nihil aliud ſit quã vitioſa humoris qualitas qua is à iuſta mediocritate deſciſcit, ſeu vnius aut plurium humorum ſupra iuſtam proportionem & æqualitatem exuperantia, nunc cum putredine, nunc citra hanc, Euacuandis autem vitioſis humoribus & qualitate moleſtis, aptiſsima ratio ea ſit, quæ fit per cathartia cuique humori accommodata, hæc non videtur rectæ phlebotomia vacuari, ſed requirere purgationem, quæ eorum eſt quæ qualitate moleſta ſunt vacuatio, maximè vero vbi primam corporis regionem occupat & iecoris ac lienis caua, à quibus expeditè humores peccantes educit per aluum, quod ex illis ſedibus in ipſam viæ ſint patètes ac quidẽ è venis directè paulo maiore negotio, ſed tamẽ efficaciter ac vtiliter vt etiã ab ipſo corporis habitu, & è locis lõgè diſſitis, atq; extremis partibus in quas vis medicamẽti purgatis fertur. Phlebotomia autẽ maxime ex eo dãnatur in cacochymia quòd probos humores vna cum vitioſis educit. Nec enim vitioſus

humor

humor ſanguini permixtus, ſeorſim fluit ſecta vena, ſed ſimul quod eſt inculpatũ atque integrum cum vitioſo educitur, humoribus qui in venis continentur, ſecta vena ſine delectu profluentibus. Quod quàm ſit à ratione & à vera medẽdi methodo alienum facile eſt intellige re, ex eo quod ſcripſit Hippocrates aphoriſmo ſecũdo libri primi aphoriſmorũ, in turbationibus alui & vomitionibus quæ ſponte natura fiunt, ſi talia qualia oportet purgentur, confert & facile ferunt: ſin minus contra accidit. Eum etiam, ex eiuſdẽ aphoriſmo vigeſimo eiuſdem libri, in quo non ſolum de ſpontaneis vacuationibus agit, ſed etiam de his quæ arte fiunt; (vt explicat Galenus in commẽtario) dum inquit, Si talia purgentur qualia aportet, confert & facile ferunt. Si cõtraria, difficulter. Quibus, manifeſte improbat, vacuationes quæ ſunt aliorum humorum quàm eorum qui morbum committũt, & eas quæ inculpatos pro vitioſis, aut cum his illos vna educunt. Quod ex Galeno etiam licet intelligere, qui adeò luculenter id expreſſit, commentario in illũ aphoriſmum vigeſimũ libri primi, vt nullus relinquatur dubitandi locus. Hunc differentem audiamus. Si aliorũ inquit, quorũdam fiat euacuatio, quàm eorum quæ corpora noſtra male habent, neque confert nec facile, ſed grauiter ferunt ægrotan-

tes. Eodem ſanè modo, ſi quam medicus moliatur vacuationẽ, eorum fieri debet quæ corpora noſtra grauant quemadmodum ipſe alibi inibet, vbi humorem dumtaxat noxium, non pro eo alium conſulit euacuandum. Si Itaque pituita redundet, hanc modis omnibus euacuare oportet. Si alterutra bilis infeſtet, à pituita abſtinendum, & infeſtans humor vacuandus. Sic & humor ſanguineus in corpore modum ſi excesſerit, ſanguinem educere oportet, vt & eius ſerum ſi in corpore abundarit. Hactenus Galenus, quo quid ad ſtabiliẽdam noſtram opinionem de nõ mittendo ſanguine in cacochymia dici potuit apertius? Si enim non licet vnum humorem pro alio euacuare, nec bilem pro pituita, neque hanc loco melancholiæ, nec probos pro vitioſis, aut cũ his illos, multo minus licebit ſanguinẽ euacuare cũ in prauis humoribus (vt fit in cacochymia) vitium fuerit? Hoc argumẽto Galenus vſus eſt aduerſus Eraſiſtratum, qui volebat plerhoram curare ſola inedia, quòd ea omnes humores euacuarentur, cum in ſolo ſanguine vitiũ eſſet. At inquiunt, vnà cum ſanguine effluunt ſecta vena humores peccantes: Ne id quidem perpetuo verum; Nam ſi longè diſtent ab ea quæ tunditur vena, & in receſſu quodam multum ab ea diſſito ſedẽ habuerint, nihil aut quam minimũ eo

rum

rum educitur,niſi extrema fuerit euacuatio. Sed hoc etiam conceſſo, vt vnà cum ſanguine humores peccantes educantur per phlebotomiã. An fiet iſtud citra virium diſpendium & ſummam earum iacturam? Probi etenim ſanguinis euacuatio vel etiam modica naturæ facultatumq; robur mirum in modum labefactat. neceſſe eſt autem magnam atque inſignem eius fieri euacuationẽ ad humoris cuiuſlibet eductionem vel etiam partiorem. Data enim (quæ creditur) humorum inter ſe in venis proportione, vt plus inſit ſanguinis quàm pituitæ, huius plus, quam melancholiæ, omnium minimũ bilis. Veluti ex hypotheſi ſanguinis ſint partes duodecim, pituitę nouem, melancholiæ humoris ſex, bilis tres. Qui bilis partem vnã euacuare volet, ſanguinis partes quatuor educat neceſſe eſt, pituitæ tres, & humoris melancholici duas, iuxta proportionẽ cuiuſq;, vt enim in venis habẽtur, ac inter ſe mixti ſũt ſic effluunt vera ſecta humores ſecus quam in purgatione quæ id ſolum quod vitioſum eſt ac qualitate peccat vtili relicto euacuat, niſi fortaſsis immoderatius efferatur. In cacochymia, itaque non ſolum vna cũ vitioſo humore plerũq; ſanguis probus ſecta vena educitur, ſed etiam maiori plerumque quantitate quam humor quem educere cõſiliũ eſt. Nõ cõuenit igitur ſoluendę

ſoluendæ cacochymiæ phlebotomia. Quod facile licet etiam Galeni authoritate cõfirmare, alterum noſtræ opinioni ſtabilimentum : Is enim, capite ſecundo libri ſecundi ad Glauconem , ad Eryſipelatis curationem quod cacochymiæ ſoboles eſt, phlebotomiam adhibere vetat purgationem inſtituit : quoniam inquit non ſit ex vena mittendus ſanguis in eiuſmodi affectu ex vitioſo humore producto , ſed ventrem tantum expurgare ſufficiat, dato medicamento quod bilem flauant educat. Idem, capite quinto libri quanti de ſanitate tuenda, ad curationem, vlceroſæ laſſitudinis purgationẽ inſtituit, à ſanguinis miſſione abſtinere iubet niſi ſanguinis adſit copia. Si enim, inquit, ea laſſitudo fuerit cũ ſanguinis copia aut incidẽda vena aut aliquid agendum quod tantumdem valeat, qualia ſunt menſtruorum prouocatio , & malleolorum ſcarificatio , poſtea purgandus vitioſus humor. Quod ſi vitioſi ſucci tãtùm ſubſunt citra ſanguinis copiã purgatio petenda eſt, quæ infeſtãti humori ſit accommodata. Quo , quid dici potuit apertius ad docendum cacochymię minime cõuenire ſanguinis miſsionẽ. Idẽ capite ſexto libri decimi tertij methodi medẽdi, ſcribit, plethorã ſanguinis miſsione curari: Cacochymiam vero quod ſuccorum vitium ſit ſola purgatione. Quibus maxime oſtendit,

quid

quid in vnoquoque vitio requiratur, & quàm grauiſsimè peccẽt, qui ſanguinis miſsione maxime ſæpe repetita, cacochymiam recte tolli putant. Si enim hæc phlebotomiæ repetitio ad tollendam cacochymiam vtilis ac commoda fuiſſet, eam non prætermiſiſſet in propoſita laſsitudine vlceroſa Galenus. Sed ſanguinis copia primùm ſoluta priore phlebomia, ad vitioſi humoris reliqui, qui affectum cõmittebat, euacuationem denuo adhibuiſſet. Idem cõmentario aphoriſmi quadrageſimi ſexti aphoriſmorum, cacochymiæ deberi purgationem non ſanguinis miſsionem, his verbis declarat: De his, inquit, qui integra ſunt valetudine poſtea vero ægrotaturi niſi vacuentur Hippocrati eſt ſermo, horum enim vere ineunte anticipanda vacuatio eſt, vel per phlebotomiam ſi plethoræ morbis corripiuntur, vel per purgationem, ſi morbis ab humorũ corruptela pẽdẽtibus obnoxij ſint. Et paulo poſt, phlebotomia inquit, cõmune eſt ad plethorę morbos auxilium: Purgatio vero ad morbos ex pituitoſis, bilioſis melancholicis humoribus productos, vt elephanteaſim, ahtiſma, arthritidem, & alios eiuſmodi affectus. Et ne quis exiſtimaret, id nõ etiam dictũ de febribus, nõnullos refert febribus corripi ſolitos æſtiuo tempore, hanc effugiſſe, purgata p allibile ſub veris finem. Quibus equi-

dem

dem manifeſt indicat Galenus, quam ſit in curãda cacochymia: alienus à ſanguinis miſſione. Et quam parum ſit apta ad eam ſuperandam Quod cum in omnibus cacochymiæ ſpeciebus verum eſſe comperiatur, in pituitoſa potiſſimum locum habet, nam ea ſanguinis miſſione recudeſcit magis, & cum impenſe ſit frigida, conduplicata cruditate omnem poſtea refugit emendationem, potiſsimum verò cum ex crudorum humorum copia eſt, aut eam ſibi habet adinuictam. Eiuſmodi etenim, cum ſumma virum imbecillitate perpetuo eſt coniũcta, nam à crudis humoribus, natiuus calor veluti ſuffocatur, & ſpiritus obſcurãtur, ac denſantur, vt nec permeare quoquo verſum, nec illuceſcere partibus ſingulis recte ac libere poſsint. Galenus itaque, libro de curandi ratione per ſanguinis miſsionem; monuit, in degrauante plenitudine conſiderate agendum, atque ęſtimandum antequã phlebotomia adhibeatur an crudus ſit in corpore collectus humor, & quãtum ſit progreſſus. Si enim inquit, ab his vis ſit exoluta, in extremum malum adhibita ſanguinis miſsione recíderent, vt poſtea nequaquam reſtitui poſſent incurrerentq; maximum periculum, potiſsimũ ſi febris accederet. Idem quoq; capite nouo eiuſdẽ libri, pręcipit, in crudi ſucci copia, non ſolum, caute vacuãdum, ſed ſi febris

adſit

adſit omnino abſtinendum : quod parum aduertunt nonnulli, qui ſanguinis miſsionem adhibendam acrius contendunt ac magis vrgent, quando vna cum humorum crudorum copia febris adeſt, quam cum ipſa ſola abſque febre eſt. Sed non aduertunt, in hac vires à ſolis crudis humoribus affici, in illa vero concurrere vtrasq; cauſas, cruditatem videlicet & febrem. Quo magis autem offenduntur vires, eo magis abſtinendum à ſanguinis miſsione eſt. Non parum itaque errant, qui in febrili cacochymia, audacius mitti poſſe ſanguinẽ putant ac liberalius, quam inalis cacochymiæ ſpeciebus, cum in ea vires oppugnentur, tum à cacochymia, tum à febre, maiorque conſequatur ex his duabus cauſis imbecillitas, quã ex altera tantum & vnica ſola. Quod ſi vna cũ plenitudine adſit crudorũ humorũ copia, (quod non parum operoſam ac difficilem reddit curationem) & ea nõ ſint tanta quæ vires exoluat, coquentibus & vacuantibus viciſsim vtendum, ſoluendáque paulatim ea plenitudo, pro modo videlicet promotæ concoctionis, demendúmque nonnihil de plenitudine phlebotomia, poſtea attenuantibus & concoquentibus vtendum, denuóque aliquid ſanguinis detrahendum, & rurſus redeundum ad vſum attenuantium, vicißitudine quadam vtraque adhibendo. Permanentibus enim

enim crudis humoribus, non datur phlebotomiæ locus. Nec vlla cruditatis ſpecies eſt, quæ citra inſignem noxam admittere poſſit venæ ſectionem. Cùm enim tres ſint cruditatis ordines, locis diſtincti: vnus eorum humorum qui in ventriculo, inteſtinis, meſenterio, & prima illa corporis regione continentur. Alter, eorum qui in venis ſunt. Tertius, eorum qui habitum corporis occupant. In priori quidem, vſurpata phlebotomia, dolores vẽtriculi & cardialgias, animiq; deliquia infert, & exinanitas venas fœda illuuine rapta ab illis primis ſedibus, implet. In ea vero quæ in venis conſiſtit, vires proſternit, facultatum robur eneruat ac deiicit, cruditates geminat, calorẽ natiuum imminuit, ſyncopen accerſit, & puros ſuccos commiſcet impuris. Vnde tantum abeſt vt ſanguinis miſſionem ferat, maximè ſi fuerit inſignis, vt ne vllam quidem vel leuiſſimam euacuationem ſuſtinere poſſit vna excepta, quæ frictionibus fit, vt docet Galenus capite quinto libri duodecimi methodi medendi. Quæ in habitu corporis cruditas eſt, vt minus viribus officit, ita minore cum moleſtia fert venæ ſectionem, potiſſimũ ſi ex ſuppreſſa aliqua ſanguinis euacuatione acciderit, vt in leucophegmatia, & cachexiæ ſpeciebus nonnullis vſuuenit, nec tamẽ omnino citra nouam ſi profuſior aut frequentior

tior fuerit. Non enim fieri poteſt, vt in ſumma humorum crudorum copia, adſit virium robur, quod in ſanguinis miſſione perpetuo requiritur. Imo vero Galenus capite octauo citati libri de curādi ratione per ſanguinis miſſionem vult à copia crudorum humorū prohiberi miſſionē ſanguinis, ob ea quæ ipſam ſequitur viriū imbecillitatē. Eſt etiā argumētum euidentiſſimum, non placuiſſe Galeno, in cacochymia venæ ſectionem. Quod libro de cibis boni & mali ſucci plurimum commendet atque extollat Romanos medicos, qui ſæuientibus Romæ ex cacochymia morbis, quam annonæ caritas attulerat, à ſanguinis miſſione abſtinuerant. Obiiciunt Galenū capite quarto libri octaui methodi medendi, tractantem de febribus diariis ab obſtructione natis, in mali ſucci naturis charta cōceptis, ne ſuccedat ex humorum putredine febris, & vt tranſpiret vitioſus ſuccus, iubere ſecari venam. Et capite quarto libri vndecimi methodi medendi, idem ſignificaſſe his verbis. Si, inquit, exigui meatus in febre denſatiſint, & multi ac lenti humores ſubſint, incipienda eſt curatio à ſanguinis miſſione, quo abundantia ſoluta, accedamus ad vſum eorum quæ obſtructiones tollunt. Addunt pleroſque morbos ex cacochymia ortos, non præcaueri ſolum, ſed etiam curari ſanguinis miſsione. Et

aduer

aduerſus epilepſiam apoplexiam, authritidem, Iſchyadas, hydropas, & pleroſq; alios eius generis affectus, phlebotomiam preſcribi, vel etiã ab ipſo Galeno. Quibus hoc ſit proreſpõſo, Galenum locis citatis, non cacochymiæ & vitioſæ ſuccorum qualitatis gratia, phlebotomiam adhibuiſſe: ſed copiæ ipſorum, & obſtructionum magnitudinis cauſa, quas ſoluere non licebat, niſi prius abundantia humorum vacuata: Secus periculum impẽdebat, ipſas magis impingi. Vacuationẽ autẽ vouit fieri phlebotomia potius quam purgatione, quoniam nec purgationem adhibere, nec cõmodã præſtare euacuationẽ permittebat obſtructionum magnitudo, vis ſcilicet interceptis ac præcluſis vndiq;, quas ex Hyppocratis aphoriſmo nono libri ſecundi aphoriſmorum, ad commodam purgationem liberas & fluxiles eſſe oportet: Quantum vero ſpectat ad morbos & affectus præter naturã à cacochymia & ortos, quibus profuiſſe ſanguinis miſsionem à Galeno inſtitutam referũt obſeruandum imprimis, venæ ſectionem non ſolũ vacuãdo prodeſſe, ſed etiã tũ reuellendo tum deriuando auxiliari. (Hic vero agitur de ea vt euacuatiuum eſt præſidium aliud præterea ac longe diuerſum præſtat primo & per ſe. Aliud ſecundario ac per accidens. Tum etiam adhibetur in morbis interdum, non ipſius mor-

bi

bi ratione, ſed propter aliam cauſam impendentis vlidelicet alicuius inflammationis, aut vero penitudinis gratia Scripſit Itaque Galenus capite quinto libri de curandi ratione per ſanguinis miſsionē. Apoplexias quæ fiūt à ſanguine confertim ruente in principium animantis, curari phlebotomia. Et capite ſexto & nomo, libri eiuſdem, morbum comitialem vertiginem, ac arthritidem, prȩcaueri adhibita veris initio phlebotomia præſente ſanguinis copia. Et capite demio octauo libri eiuſdem, Iſduadas plures ſanatas, vena in crure aut maleolis ſecta, non quaſlibet nec quæ ex frigore ontæ eſſent, ſed eas quæ impletis venis incoxa ſitis proueniſſent. Hydropas quoque plures phlebotomia curatas ſcribit, quas intuliſſet non frigidæ vberior aut intempeſtiua potio, ſed aſſuetæ vacuationis ſanguinis ſuppreſſio, quemadmodū etiā capitis dolores ex turgente in capite ſanguine ſecta in fronte vena: Quibus aperte cōſtat, aduerſus hos morbos, Galenum phlebotomiam nō cacochymiæ ſed alterus rei vt pote copiæ ſāguinis, gratia vel propter præſētē aut impēdē tem inflammationem, aut propter ſuppreſſam aliquam ſanguinis euacuationem, ipſum inſtituiſſe. His moti rationibus & argumentis nonnulli, agnouerunt quidem cacochymiæ vt affectio eſt ex vitioſis humoribus cōtracta, ſeu ſuc-

corum vitium in qualitate cõſiſtens, non conuenire ſanguinis miſſionem. Permitti tamẽ debere contendunt, dum tam copioſe acreuit, vt venas diſtẽdat, & pericula quæ ex plethora impendent minetur. quôd exuperantiam humorum tollat, eiuſque beneficio non ſolum plenitudinis pericula vitentur, ſed etiam leuata oneris portione natura reddatur expeditior & alacrior, ad reliqui humoris perficiendam concoctionem. Volũt enim in hac plenitudine, quam nomine abutentes plethoricam cacochymiam vocãt) oppleri diſtendiq; venas prauorum humorum copia. Quod ſane leuius ferendum, nec omnino repudiandum videtur ſiquidem cõcedunt, phlebotomiam non proprie ſed per accidẽs, copiæ vidediſcet humoris venas diſtẽdentis cauſa, cacochymiæ conuenire. Verum, nõ caret id quoque dubitatione. Nam nec plenitudo venæ ſectionẽ indicat, nec cum ex vitioſis humoribus illa ſit cõtracta & cõflata alia ratione ſolui debere videtur, quam purgatione plenitudo quidẽ euacuationẽ enim indicat, tãquam contrarium, contraria enim ſpeciem ac contrariorum ſunt remedia, ſed euacuationis modum non præſcribit, quæ ab eo quod plenitudinẽ facit non ab ipſa plenttudine indicatur. Cum autem is ſolus qui plenitudinem hanc facit:

cit: humor, biliosus, pituitosus, vel melancholius, aut serosus fuerit, euacuandus sit cathartico, cui vis insit peculiaris, & humores specifica facultas ad id præstandum nõ enim conuenit eos qui suã natiuam temperiẽ ac mediocritatẽ seruãt, humores pro vitiosis, aut cũ his illos, vel alterum eorum educere. Conuenientissima itaq; ratio euacuationis fuerit quæ purgatio quæ peccantem & exuperantem humorem educens ac minuẽs, plenitudinem soluet ab eo inductam & naturam leuabit portione eius oneris à quo præmebatur, & à quo plenitudinis pericula impendebant, nec alios educet quam vitiosos, de inculpatis nihil substrahens, in qua verenda non est quod nonnulli pentimescunt) humorum agitatio, cum subsequentem habeat euacuationẽ. Quæ hoc exemplo illustrare liceat. Si bilis tanta copia in venis acreuerit, vt eas distendat & naturam grauet, & periculum sit ne obonta vniuersali obstructione, extingatur insitus calor, aut vires stranguletur, vel ardentissima ingruat febris, aut propter summam plenitudinem repentina mors ingruat; aut venæ dehiscant, aut inflãmatio vel tumor aliquis in principe parte subortatur. Nũ huius purgatio dato medicamẽto cholagogo, quantitati humoris peccãtis & plenitudinem committentis accommodato, venas desplebat

& naturam leuabit onere eius humoris à quo premebatur, & plenitudinis pericula declinabit? quod nõ effecerit, alterius humoris siue pituitosi siue melancholici sine serosi vel etiam sanguinei euacuatio, cũ ab his nec affectus nec plenitudo pendeant, nõ desinet enim vel etiam aliqua horum facta vacuatione grauari natura à relictæ bilis copia Cuius propter suæ quantitatis magnitudinẽ ac molem non potest sanguinis missione portio tanta euacuari quæ satis sit soluendæ ab ea facta plenitudini multo minus tota eximi vel etiam profusissima facta sanguinis euacuatione. Adhæc frustra tentaretur bilis euacuatio per phlebotomiam, cũ possit & appositè & commodè purgatione educi cui vis inest bilem intactis aliis humoribus euacuandi: atqee aliciendi é venis Idem sit indicium de aliis humoribus, cum plenitudinem cacochymam inferunt. At quæret aliquis, si omnes humores massam sanguinis constituentes, ea æquabilitate & proportione qua sunt in venis sociata, adeo exuperent vt venas distendant & naturam grauent, num cõmoda fuerit venæ sectio? Respõdemus quod si inculpati fuerint eiusmodi suci, proculdubio conueniet phlebotomia in eiusmodi succorum abundantia, hæc enim plethorę alteram speciẽ constituit. Si vero omnes eiusmodi

ſucci vitioſi fuerint & qualitate infeſti; omnes ſi exuperent ſeruata porpotione inter ſe quam habẽt, nec ſola quãtitate ſed etiã qualitate peccẽt, ſimul omnes admitti quidem poterit phlebotomia, ſed quã protinus excipiat purgatio, quæ peccantem humorem ac impuritatis meliorem partẽ educat, non cacochymiæ ſed plenitudinis ratione, quæ ſubitã poſtulat euacuationẽ. Sed rarũ id eſt nec facile euenire poteſt vt omnes ſucci vitioſi ſimul æqualiter augeantur. Quod ſi vnus aut alter tãtum exuperet qui plenitudinem committat certum eſt adhibendam eſſe purgationem, quæ peccantem humorem & quantitate excedẽtem euacuet, tantum enim abeſt vt vitioſi humoris moles & copia prauorumq; humorum exuperantia venæ ſectionem res ſuadeat, vt quo maior illa fuerit, eo magis à ſanguinis miſſione ſit abſtinẽdum. Quo enim maior eſt impuritas eo minus eſt vitiũ quæ in bonitate & ſymmetria quadã ſuccorum conſiſtunt, à vitioſis verò franguntur atq; labefactantur. Alter autẽ ſcopus mittendi ſanguinis eſt virium robur. Aduerſam autem eſſe ſanguinis miſſionem ſuccorum impuritati & quo maior ea fuerit eo minus eſſe vſurpãdã nemo eſt qui nõ facilè intelligere poſſit ex his q̃ Galenus ſcripſit, capite & ſeptimo & octauo libri quanti de ſanitate tuẽdã, his verbis. Quo-

niam inquit, in ſuccorũ generatione alij, priuſ quam nutrimẽtum ad exactũ ſanguinem peruenerit, veluti ſemicocti ſunt; alij prorſus incocti crudiq;, alij paululũ abſunt à ſanguinis forma quorum aliqui ſunt veluti ſangui ficationis vltima pars qui vtiq; exceſſu caloris proueniũt, quorum alij paululum alij plus, alij plurium à ſanguine receſſerũt. Vbi quidem paululum vel citra ſanguinẽ reſtitum vel vltra proceſſum eſt audacter mittendus ſanguis, vbi vero plus conſideratius agendum, vbi vero plurimum, in his nullus mittendus ſanguis. At vero in plethorica illa cacochymia plurimũ à laudato ſanguine receſſum nonne eſt, poſtea ſubdit, inſpicere vero & quantitatẽ conuenit, vt verbi gratia ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus vero ſuccus plurimus, vtique in his abſtinendum a ſanguinis miſſione. Sim prauis ſuccis exiguus, ſanguis vero copioſus, andacter vena incidenda. Ex quibus facile eſt intelligere, quo maior fuerit cacochymia atque ſuccorum impuritas, eo magis a venæ ſectione abſtinendum. & ad ſanguinis miſſionẽ vſurpandam in cacochymia, nihil facere illam plethoricam diſpoſitionem. Nonnulli locum etiam eſſe putãt ſanguinis miſſionem in cacochymia non ſolum dum copia exuperat, venáſque diſtendit, minatúrq; plethoræ pericula. Sed etiam dum timetur ne

ea concitata vehementius in partem aliquã principem feratur, impetum ſedari volunt venæ ſectione, reuellíque humorem vitioſum ſi quando exeſis venis foras proſiliat & in partem aliquam demittatur Præter hęc; phlebotomiam quoque admittunt dum præceps eſt morbus materia in venis concluſa vias expeditas non habente quô medicamentis detrahi poſſit. Verum quod ad agitationem & concitationẽ materię cacochymæ ſpectat, ſedatur etiã illa cõmode purgatione, quẽadmodũ vbi ſanguis exuperat ſanguinis miſſione. Veluti patet Hippocrates aphriſmo vigeſimo ſecundo libri primi, in quo turgẽtẽ & cõcitatiore motu de vna parte in alteram fluentem cacochymam & crudam materiam, purgatione ex imi & vacuari vult. Conſtat enim illius exuperantis humoris portione vacuat cathaantico idoneo & conuenienti, impetum eum ſedari quem concitauerat eius humoris copia atque exuperantia. Idem quoque confirmatur aphoriſmo decimo, libri quarti aphoriſmorum, quo ſcribit Hippocrates purgandum in valde acutis eo ipſo die ſi incitet materia. & periculum ſit (vt Galenus explicat in commentario) ne humores errantes ac vagi per corpus in partem aliquam principem decumbant, differre enim in talibus malum. Ex quibus patet ad vitanda

tanda turgentis materię pericula& decubitum humorum in partem aliquam principem, adhiberi commode purgationem. Quod ad humoris foras euenis profilientis aut in patrem aliquam abſedentis, calidioris præſentim qui cæteris pro veluculo eſt, renultionem ſpectat non eſt in ea cauſa repudianda ſanguinis miſſio. Habet enim illa ſummam vim & poteſtatem reuocandi quemcumque humorem è venis fluentem & in partem aliquam decumbẽtem ex oppoſitis locis facta, & ex venis quæ cõmunionem & conſenſum habent cum parte affecta: Verum hic non agitur de ſanguinis miſſione vt eſt renuiſorum remedium eſt, ſed vt ex euacuantium præſidiorum genere exiſtit maxime dum quæritur an ea euacuandæ cacochymiæ conueniat. Quæ ſupereſt quanta occaſio cuius cauſa permitti putãtin cacochymia venæ ſectionẽ.præceps morbus eſt, cuius materia in venis cõcluſa, aut eruda eſt aut viã. expeditam nõ habet per quam facile medicamento detrahi poſsit. Quod in febribus continuis maxime obſeruãt,in quibus hac ratiõe mitti volunt ſanguinem; tum etiam vt leuata portione ſui oneris natura, facilius ſuperet quod reliquum eſt. Quo fit(ſic errot alius ex alio oritur) vt dum ſibi licere putant in omni cacochymia mittere ſanguinem in febrili id

ma

maxime audeant & ad curationem cuiuſcumque generis febrium, phlebotomiam adhibere citra preſentem ſanguinis copiam non verean tur. In quo equidem errare grauiter eos aperte conſtat. Nam quamquam hoc genus præſidij in ſinochis quôd ex ſangnine fiant locum habeat, atque in his omnibus quæ partium internarum inflammationes ſeu phlegmonas conſequuntur, non vtilis modo ſed etiam neceſſaria ſit, ſæpiúſque repetita nonnuquam maxime conducat. In alijs tamen febribus non ita videtur. Nec enim in diarijs (quod in ſolis ſpiritibus ſitæ ſint) admittitur. Nec in hectius locum habet, quæ quod in ſolida partum ſubſtantia quam depaſcumtur conſiſtant, reincorporatione egent (vt methodicorum verbo vtar) non detractione. In his vero quas putreſcens humor committit, ſiue continuæ ſiue intermittentes fuerint, an conueniat non ita conſtat. Plæriſque enim viſum eſt his curandis phlebotomiam maxime conuenire, iuro vero neceſſariam eſſe vel etiam abſente ſanguinis copia. Nobis vero qui Galeni placitis ac præceptis inſiſtere ſtudemus, non ita videtur. Neque enim his conuenire cenſemus, qua felces ſunt & in genere caloris præter naturam poſitæ: Nec etiam qua ſunt putridæ, ſiue putredinis ex qua emergit ratióe Febris etenim vt eſt

calor præter naturam,ad ſui curationem refri-
gerationem poſtulat: opponitur enim calori
frigiditas: & calefactioni refrigeratio,Euacua-
tio autem cuius ſpecies quædam eſt ſanguinis
miſſio repletioni contraria eſt non caliditati.
Contraria autē contrariorum ſunt remedia.
Cum itaque ſanguinis miſſio non ſit contraria
febrili calori,(ſub diuerſis enim generibus cō-
tinentur) vtique non fuerit illa conueniens fe-
bris qua febris eſt remedium: Ad hæc ſi febri
qua febris eſt conueniret phlebotomia, omni
febri conueniret: quod enim de genere dici-
tur id de ſpeciebus quoque dicatur neceſſe eſt.
At neque de diarijs neque de hecticis quiſquā
(vno Botallo excepto) dici admiſerit. Cum i-
taque ſanguinis miſſio nec omni febri con-
ueniat, nec ſit febri qua calor eſt præter na-
turam oppoſita, non fuerit ad eius curationem
quæ refrigeratione perficitur accommodatū,
quod ſane nemo eſt qui non admittat. Mani-
feſte etenim apparet phlebotomiam non indu
cere refrigerationem. Non pauci tamen ſuſti-
nent id præſtare poſſe per accidius etſi id con-
cedāt quatuor videliſſet modis, Primo ſubſtra-
hendo materiam incendij. Secundo concilian
do perſpiratū humoribus depletis venis. Ter-
tio dato fuliginoſis excrementis exitu Poſtre-
mo ſubeunte aëre frigidiore venas in locum
edu

ducti ſanguinis. Sed ne his quidem modis accedit febrili calori refrigeratio ex phlebotomia ſaltem quæ ſit alicuius monienti. Nã imprimis, quod ad materiæ incendij ſubſtractionem attinet, Id quidem in ſynochis quôd ex ſanguine fiant, conceditur. Verum in alijs quæ ex pituitæ aut bile aut melancholia putrentibus fiunt nequaquam. Eiuſmodi etenim humores purgatione, non ſanguinis miſſione euacuandi ſunt, vt ſupra eſt monſtratum. Nec etiã ſi plebotomia his vacuandis humoribus apta eſſet & commoda, alia ratione diceretur ipſa refrigerare, quam qui è foco ligna ſubſtrahit. At nõ eſt illa refrigeratio quæ calori febrili in corde concepto apponitur eſt, qui vt actu & per ſe calefacit, Sic requirit oppoſitum quod per ſe & actu refrigeret. Nec minus dicetur purgatio hoc modo refrigerare. imo vero multo cõmodius quam phlebotomia quod prẽter refrigerationem, quam inducet (ſi ita conceditur) euacuatione materię febrilis, non tantopere vires deiiciat nec bonum ſanguinem & probos humores cum vitioſis ſed vitioſos tantum educit. Quare non erit quęrenda phlebotomia, vt ſubſtractioni materiæ inducatur febrientibus refrigeratio, cũ purgatione id commodiſſime præſtari poſſit. Quod ſecundo loco ſubiiciunt depletis phlebotomia venis perſpiratum & ẽ

nit

nit lationem humoribus conciliari, Id quidem locum habere poterit, vbi ex ſanguinis copia tranſpiratio eſt impedita, ſed vbi cauſam ipſa habet obſtructionem à craſſis aut viſcidis humoribus aut condenſationem ab aſtringentibus nihil confert illa ad perſpiratum humoribus conciliandum, nec enim craſſa tenuat nec lenta deterget nec denſata rarefacit nec aſtricta laxat phlebotomia. Quare ne hoc quidem modo calori febrili refrigerationem adferet. Nec etiamſi vires præmantur humorum prauorum copia & quæ frequentior in febribus eſſe ſolet plenitudo advires adſit, perſpiratione opus eſt, ſi ab fuerunt canſæ poſtremo commemoratæ, obſtructionem committentes, ad quarum ſublationem phlebotomiam adhibemus conciliandę perſpirationis gratia niſi impedimentum fuerit ex ſanguinis copia Quod ad fuliginoſorum excrementorum exitum quem præſtari dicunt ſanguinis miſſione, per exiguum quidem eſt quod effluit, nec ſatis ad inferendam æſtuantibus humoribus vel leuiſſimam ac minimam refrigerationem per inflictum etenim exiguus vulus, qui ſecta vena efluit ſanguis facile illis viam præcludit. Adde quod fuliginorum excrementorum bona pars in anterijs continetur in quibus vt & in cordis ſiniſtro ventriculo incendium maxi-

me

me conceptum eſt, quæ micantes dum contra humtur excludunt. Quod poſtremo loco adferunt per phlebotomiam aëre ſubeunte interiora venarum ſpatia, induci & adferri febrili calori refrigerationem. Qui fieri poteſt vt ſanguine per inflictum vulnus magno impetu & pleno vt dicitur alneo effluente, aër intro ſubeat? præcludit enim illi viam ſanguis. Et ſi quid præterlabitur (quum exiguum id quidē ſit, an reprimendo ac temperando non dicam refrigerando calori febrili ſufficerit? minime quidem. Nam ad oppoſitam qualitatem oppugnandam proportionata requiritur agendi vis. Quę autem fuerit proportio minimi aëris cum calore febrili & incēdio concepto in corde ac venis & arteris? Quid ſi aër æſtuorſus aut calidus qualis in gemanorum æſtuaris & hypochauſtis fuerit. aurt fuerit æſtas au tregio feruida? Nec enim obſtat quod dicitur caloré noſtrum (multo magis febrilem) aëre æſtiuo calidiorem eſſe. Nam vt reprimatur ſummit incēdium opus eſt ſumma refrigeratione, quæ in modico æſtiuo aëre eſſe non poteſt. Quare ne hocquidem modo refrigeratur febrilis calor ſanguinis miſsione, Obiiciunt. conſtare ex Galeno capite quinto, libri noni, methodi medendi, phlebotomiam quæ ad animi vſque deliquum fit refrigerare corpus, & vt inquit

quit ille eo loco, agi ipſum in contrarium ſtatum ei in quo erat per febrem. Verum intelligere oportet eiuſmodi refrigerationem quæ extremam illam euacuationem conſequitur, non frigidi aeris inducti ratione fieri aut aliarũ cauſarum quæ ſunt commemoratæ. Sed propter inſignem caloris natiui & ſpirituum diſſipationem, quæ ad ſummam illam vacuationem conſequitur, Vt ſit potius extinctio quædã & veluti diſſolutio caloris natiui quã refrigeratio. Inde extremę pulſium dimmitiones (quibus attentos nos eſſe iubet Galenus) Inde nonnunquam niſi caute aduertatur mors inopinata, tanta eſt per eam extremam euacuationem facultatum omniumviriũque proſtratio. In ſynochis quidem quod materia in qua cõceptus eſt calor & qui febrem facit euacuetur, plerũque accidit non ſolum febrem & calorem febrilem remitti, ſed etiam ipſam febrem omnino extingui, facta ad lypothimiam phlebothomia quod non fiant a ſanguine in alijs vero no ita. Non refrigerat itaque nec reprimit febrilem calorem phlebotomiam ſine perſe ſine per accidens nec aëris frigidiores ratione ſuæ aliarum cauſarum quæ ſunt recenſitæ id præſtatur. Videamus nũc an ipſa aduerſus putredinem quæ ferbes, illas cõmittit aliquid poſſit. In putredine duo conſiderantur. Vnũ quod

fit

fit, alterum quod iam factum eſt. Id quod fit, prohibetur ne fiat cauſam putredinis tollendo quod ad prophilacticem proprie pertinet. Ei vero quod factum eſt medemur, euacuando id quod computruit, aut id in meliorem conditionem mutando ſi nondum extremũ putredinis gradium attigerit. Cauſa putredinis in his febribus ẽ impedita trãſpiratio,(taceo alias putredinis cauſas quæ nõ ſunt huius inſtituti) impediunt tranſpirationem obctructio,denſatio,aſtrictio, Obſtructionem inducunt,humorum multitudo,lentor,craſſities.Idem quoque craſſi vapores ſed leuius. At vero obſtructionẽ nõ tollir venæ ſectio niſi illa à ſanguinis copia fuerit.Nõ enim craſſa tenuat nec lẽta deterget vt neque aſtricta laxat aut denſata rarefacit. Et propterea dicebat Galenus capite decimo quinto,libri vndecimi methodi medendi;phlebotomiam, neque putredinem,neque obſtructionem curare.Cum itaque phlebotomia putredinis cauſas non tollat,non fuerit aptum impediendæ & præcauendæ putredinis remediũ. Eandem eriam aduerſus id quod iam eſt putre factum nihil conferre, ex his quæ nunc dicentur facile conſtabit.Quod in humoribus putridum eſt duorum eſt generum, aut enim ſemiputre adhuc eſt vincique ac ſuperari tandem poteſt a natura & in priſtinum ſtatum reduci,

quo

quo modo in aceſcentibus vinis vſuuenire ſcribit Galenus commentario in aphoriſmum decimũ ſeptimũ libri ſecundi aphoriſmorum, quæ vbi accuerunt inquit ſed nondum inacetum abierunt, redire in ſuam naturam poſſũt. Aut vero omnino putridum eſt atque adeo vt in priſtinam naturam reduci non poſſit. Quod ſemipetre eſt; emendatur ac reducitur in priſtinam naturam tum caloris natiui beneficio tum facultatum principibus pantibus in ſidentium maxime vero concoctricis ope. Cũ enim inquit Galenus capire nono, libri vndecimi methodi medendi, in viuente corpore putredo concipitur: eius fecultatem quæ naturaliter concoquit excitando firmamdóque quæ putreſcentia ſunt ſanamus. At vero tantum abeſt vt phlebotomia calorem natiuum roboret, quim potius diſſoluit principúmque pantium robur & facultatum integritatem labefactat Euacuatione ſcilicet eius humoris in quo magna pars caloris natiui conſiſtit ſpiritumque non parua copia. Quantum vero ad id ſpectat, quod ad tãtum putredinis gradum peruenit vt in priſtinam naturam amplius reduci non poſſit. Id ſiue tale moneat, ſiue nonnihil emendetur pro ſuæ materiæ conditione expellendum, foras quod præſtat natura vi illa ex[illegible]rice quæ ſingulis corporis pãtibus inſi-

dium

dium vi morbi ſuperata ac deuicta iacet, Quæ ſecus accidunt euacuationes ad retentricis imbecillitatem referuntur quæ diſſoluta continere humores non poteſt. Fiunt autem eiuſmodi & facultatis expultricis robore excitatę euacuationes, per vrinas vſudores vomitum & deiectiones, per hemorſagiam, vero niſi in ſynochis aut ex peculiari quadam in capite plenitudine non niſi admodum raro atque & inſalubriliter. Eiuſmodi enim euacuationes ſymptomaticæ ſunt nec fiunt in ægri commodum, non reſpondente ſcilicet excretionis ſpecie naturæ morbi, Galenus, capite octauo libri vndecimi methodi medendi, modos, recenſens quibus natura ſolet quod putridum eſt excernere, exemplo inquit, eorum quę fiunt in corporibus quę non viuunt dū putreſcunt in quibus quod iam computruit ſeparatur, quod reliquum eſt frigidiori aëri ad perſpirationem reponitur, docet putredinem quæ invenis eſt ſanari, id quod iam putrefactū eſt vacuando per vrinas deiectiones vomitum & ſudores, reliquum eſt moderatis motibus & refrigerante perſpiratu ad ſymmetriam reducendo. eo equidem loco phlebotomiæ facta mentione, quaſi ipſa neque ad perſpiratum humoribus conciliandum, neque ad id quod iam eſt putrefactum euacuandum quic-

quam cõferat. Idem quoque capite nono eius dem libri agens de febre putrida docet, expellenda ea eſſe quæ putruerunt per vrinas vomitum, aluum & ſudores nulla facta mentione phlebotomiæ, qua æquidem ſubſticentia aperte indicat, ad putridum humorem in febribus detrahendum foras non conuenire phlebotomiam. Et libro ſecundo ad Glauconem de febrium intermittentium curatione agens, vacuationem humoris putrentis ac febrẽ committẽtis molitur per aluum vrinas ſudores & vomitum apparentibus ſignis coctionis, phlebotomiam autem non adhibet quæ tamẽ non prætermittenda videbatur vt neque in alijs febrium generibus, ſi humoris peccantis euacuatio per eã fieri poſſet. Licet etiẽ non ex veteribus illis græcis tantũ ſed etiam excelſo inter latinos facile primo intelligere aduerſus putredinem non valere phlebotomiã ſiquidẽ capite decimo libri ſecundi ſui operis prohibet ipſam in febribus adhibere poſt quartum diem quôd inquit eo tempore inualuerit putredo, occaſionem & cauſam non adhibendæ phlebotomiæ quærens ab augmento putredinis. Cũ igitur ſanguinis miſsio nec q̃ putridum eſt commode euacuet, nec refrigerando calori febrili apta ſit. nõ conferet ipſa, nec commoda fuerit ad febrium putridarum curationem

rationem. Accedit & ex phlebotomia in febribus bilioſis graue hoc incommodũ, quod ſanguinis miſſione increſcant eiuſmodi febres, bilis accendatur ferueatque magis, atque ferociat, humore eo ſcilicet euacuato, qui ſubſtantiæ ſuæ mediocritate tenuitatem ac feruorem bilis moderabatur ac contemperabat. Ob quas equidem dotes dicitur eſt ſanguis frenum bilis: & ab Hippocrate ſectione tertia libri ſexti Epidemiõ inter impedimenta mittendi ſanguinis bilis recenſetur, quã quidẽ Hippocratis ſẽtentiã confirmat Galenus in commentario eius loci, prohibens in valde bilioſis hominibus vt & in magnis ardoribus mittere ſanguinem. Et libro nono methodi ſcribens phlebotomiam aduerſari his quibus ventriculus amara bile abundat. Temperari autem bilem ſanguinis præſentia & vere frenum ipſius dici. Præter commemorata argumenta docent, tum bilioſi tumores præter naturam in cute conſpicui, tum phlegmonum variæ ſpecies quorum materia vbi è venis foras emeriſit & in cute firmata eſt, ac priuata ſanguinis cõmercio & præſentia, ac deterior redditur quã dum in venis contenta, eius in begnitate fruebatur: Idem quoque docent bubones & carbũculi peſtilentiales, quorum materia dum manet in venis ſanguini pemixta, non adeo ſe-

uit quam dum foras erupit, quo tempore, calo re dolore, & acrimonia magis erit infesta, quã dum altius delitescens sanguinis spirituúmq; presentia gaudebat. Qui aduersantur nostræ sententię, vt doceant missione sanguinis non ferocire bilem, hoc maxime utumtur argumẽ to quod secta vena ęquabiliter educantur humores & eadem seruetur in venis humorum proportio post phlebotomiam quę erat ante nec minus temperentur partes duæ bilis post missum saciginem a sex partibus sanguinis, quam partes bilis quatuor a duodecim sangui nis quę erant ante phlebotomiam. Verum hoc facile euertitur argumentum quod infirmo admodum innititur fundamento. Non enim perpetuo humores seruant in venis illam æquabilitatẽ præpontionis quam inter se habere dicũtur sed plærũq; æqualiter diffusi sũt per venas & ęqualiter mixti: Vnde inęqualiter educi necesse est & inęquales manere post phlebotomiam Inequalem autem esse eorum mixtionem ac proportionis varietatem insignem maxime per morbosas constitutiones fidem facit qui secta vena educitur sãguis, si quidẽ diuersus ac varius admodũ apparet pluribus exceptus vasculis & plerúmque qui priore vasculo est exceptus à posteriore longe diuersus est vixque reperias, duo vascula quæ eiusdem conditionis

ditionis aut conſiſtentiæ ſanguinem contineãt altero bilioſiore aut pituitoſiore aut magis melancholico exiſtente quorũ prior nõnunquam nihil aut exiguum bilis habere conſpicitur. Alter nihil aliud quam bilem refert. Ita ſunt & diuerſo loco ſiti & variè mixti humores in venis. Fit enim nõnunquam vt qui prior effunditur ſanguis ab ea parte feratur in qua exiguum bilis eſt. in abdito autem receſſu longe ſit cumulatior multáque bilis reſideat quæ euacuato ſanguine eferueſcit magis. Vnde accidit non raro bilioſas febres ſecta vena exaſperari ac ſæuire magis granioribuſq; ſymptomatis iuſoleſcere. Excludit etiẽ phlebotomiã ab intermittẽtiũ febriũ curatione humoris ipſas efficiẽtis ſitus. Siue enim in prima corporis regiõe meſẽterio videliſcet cauis cœcoris & lienis prioribusq; venis ſedem habeat, ſiue in habitu corporis poſitus ſit humor ipſas efficiens phlebotomiam non admittit. Imo plurimum incõmodi ipſis ab ea infertur. Nã eiuſmodi humores per venæ ſectionem aut temeant in venas quod fieri neceſſe videtur ſi per ſectionem venę euacuatio ipſorum expectatur: Aut nõ remeant, nec reuocantur inde. Si remeant (quod neceſſe eſt fieri ſi modo miſſione ſanguinis ſunt educiẽdi) Sordeſcant oportet qui maioribus venis continentur ſucci, ab illune

illa quæ ex impuris locis eo trahitur. Vnde accidit plerúmque febres intermittentes ſecta vena abire in continuas. Quod ſi ab habitu corporis& a prima corporis regione nõ remeant humores humores in venas maiores, venæ ſectione, his proculdubio inutilis fuerit phlebotomia. Imo vero pernicioſa, quæ ſanguinem vitæ theſaurũ & de cuius conſeruatione ſoliciti ſemper eſſe debemus, euacuet, relicto & intacto humore febrem committente. Sic relicta cauſa & perſiſtente morbo inanis eſt conatus & viribus male conſulitur. Sed videbitur fortaſſis venæ ſectio inutilis quidem ad euacuationem coniunctæ cauſæ febrium intermittentium, Veruntamen ad materiæ antecedentis ſubductionem non parum conferre, contentos in maioribus venis humores euacuans, qui ſunt intermittendum februm præcedẽtes cauſæ. Verum quomodo id fieri poſſit non eſt facile inuenire. Nam imprimis citra cõtrouerſiam conſtat, id locum non poſſe habere in febribus, quarum materia, in prima corporis regione meſenterio pancreatæ cauiſque iecoris & lienis ſedem habet, non enim illuc per acceſſiones confluit è maioribus venis humor febrem effecturus, ſed cumulatur his in locis cõgeriturque paulatim, aut alimentorum vitio aut concoctricis facultatis errore, vel earum

partium

partium diſcratia & impuritate quæ abdomine comprehenduntur, qui putreſcens dum ferit membranoſa compera rigorem facit & acceſſionem committit, in alijs vero febribus quarum materia & proxima cauſa in habitu corporis locatur, Etſi probabile ſit & multorũ conſenſu confirmatum; cauſam antecedentem haberi in venis maioribus, quæ per acceſsiones impellatur in minores venas & habitum corporis ibiq́ue putreſcens, febrem faciat, nihilominus tamen vbi de ea euacuanda agitur non eſt quod ad phlebotomiam diuertamus cum enim vitioſus ſuccus debeat illa purgatione eximij non phlebotomia vt ſupra eſt demonſtratum. Neque vero perpetuum eſt cauſam antecedentem intermittentium febrium contineri in venis maioribus. Nonum quã enim in ipſo corporis habitu deliteſcit ibi ſenſim cumulata ac collecta quæ quamdiu libere trãſpirat nullam infert febrem denegata vero tranſpiratione, concepta putredine febrẽ profert proximaq́ue fit & continens febris cauſa quæ antecedens fuerat ante, non è venis maioribus ſuſcepta, ſed ſenſim ac multo ante in habitu corporis cumulata ac coacernata. Quod in tertianis febribus fieri agnouit Galenus commentario in panticulam vigeſimam ſectionis ſecundæ libri primi Epidemiom, ſcri

bens tentianas febres ab ardentibus diſsidere quod in his bilioſus humor in venis abundet. In illis vero flaua bile carnes aſſinant quæ cũ inquit impedita tranſpiratione non expurgatur febrem creat. Conſtat itaque ſanguinis miſsionẽ aduerſus febriũ intermitẽttiũ cauſã tum continentem & proximam tum antecedentẽ parum conferre Quam ob rem Galenus libro primo ad glanconem de tertianę exquiſitę febris curatione agens phlebotomiæ non meminit, nec in quotidianæ curatione facta vlla eſt ab eo mentio ſanguinis miſsionis. Et cum traderet eodem libro febris tertianæ nothę curationem non abſolute ſanguinem mittere præcepit, ſed adiecit ſi conueniat, id eſt ſi copia ſanguinis adſit Si enim non huius ſed caloris febrilis aut putredinis cauſa requireret phlebotomiã Galenus in hac febre. Qua re tum in tertianis tum quotidianis in quibus ſimiliter & calor præter naturam & putredo adſunt eam ſubticuit. Hanc vero particulam, ſi conueniat referandam ad ſanguinis copiam ex eo licet intelligere quod ſubdit tãtum vero detrahendum ſanguinis, quantum præſens ſtatus exigit (id eſt pro plenitudinis modo ac menſura copiáque ſanguinis.) Nam ea tantum cauſa in intermittentibus febribus phlebotomiam admittit vt licet colligere ex

eo quod idem ſcribit eodem libro primo ad glauconem tractans de febrium quartanarum curatione. Nullum inquit ab initio in his adhibendum validum medicamentum nec vacuatio molienda Tum etiam ex eo niſi ſanguinis videlicet abundare appareat. quod eodem libro obſeruari præcipit non ſolum in intermittibus febribus ſed etiam in cõtinuis iubens his detrahi ſolis ſanguinem quibus tumor & rubor corpori pluſquam naturæ conueniat ad fuerint, & venæ eminentes atq; extenſæ extiterint quæ ſunt certa quidem ſanguinis copiæ inducia. Ex febrium putridarum ſolutionis modo & excretionum quibus ſoluuntur ſpecie licet etiam intelligere phlebotomiam alienam eſſe ab earum curatione. Nã cum natura, acuius veſtigijs declinare nõ licet eiuſmodi euacuationem non ſuſcipat ad earum ſolutionem non recte. Neque enim cõtinuæ per iriſes, niſi finochi fuerint neque intermittentium acceſſiones ſanguinis ſponta neo efflutio ac hemorſagia ſoluũtur, ſed ſudoribus vomitu alui fluore, vrinarum multa excretione. Quod ſi eiuſmodi aliqua per hemorgiam excretio in his fiat, mala eſt atque infida & plerumque periculi plena: bile etenim aut alio humore a ſanguine, febrem committente ſanguinem profundi ſymptomaticum eſt; Nõ

enim reſpondet naturæ morbi execretionis ſpecies. Tentianas febres vt plurimũ ſudoribus ſolui experimur, & nonũquẽ vomitu, plæraſq; alui deiectione: quotidianas vomitu, Has pituitæ excretio illas bilis euacuatio ſanat. Ardentes febres curari author eſt Galenus commentario in aphoriſmũ qninquageſimũ nonũ libri quarti, expurgata per ſudores bile ipſarum cauſa, ipſa videliſcet (vt docet capite quinto libri ſecũdi de ſymptomatum cauſis) quæ prius in venis errabat a natura decretorie per carnes ad cutim detruſa. Vnde inquit ſudant deinde, qui obriguerunt, & vacuata bile a febre liberantur, aut eadem ad interna loca impetum capeſcens per vomitiones ſimul & aluum vacuatur. Hæc ſũt opera naturæ quæ vt dicitur ſic vere eſt morborum medicatrix, imitãda hęchuius inſiſtendum veſtigijs & quo vergit, vt inquit Hippocrates eo ducere oportet. Non eſt igitur aliud ad eiuſmodi curationem ſuſcipiendum vacuationis genus quam quod natũra & tentare & ſuſcipere ſolet. nec moliẽda eſt euacuatio alterius humoris quam eius cuius excretio ne illas natura ſanat. Tentianæ febres tum continuæ tum intermittentes ſoluũtur naturæ opera, facta bilis excretione per ſudores aut vomitum aut alui deiectiones nonnũquam per vrinas. Non ſoluuntur hæmorſa-

gia

gia. Non eſt itaque molienda in his ſanguinis miſſio. Quorſum enim eam adhibebimus cum nec a ſanguine fiant nec eius excretione natura vtatur ad ipſarum curationem? quamvis in his ſtillare nonnunquam (elatis ad vaput & ad extrema venarum quæ ad nares pertinent ora acribus & mordacibus humoribus) videatur ſanguinis ſtillare è naribus. Abſtinendū itaque in febrium putridarum curatione a phlebotomia, niſi adſit ſanguinis copia de eo infebilis nonnihil. Opugnant hanc noſtram ſententiam de non mittendo ſanguine ad curationem febrium putridarum abſente ſanguinis copia (huius enim ratione inſtituiin his poteſt) qui in vſurpanda phlebotomia plus æquo ſibi placent authoritate Galeni quod ſcripſerit capite decimo quinto libri vndecimi methodi medendi. Saluberrum eſſe venam incidere in febribus nommodo continentibus, verumetiam in alijs omnibus quas putrefcens humor concitat vbi præſertim nec ætas nec vires prohibent hocque modo leuatam quę corpus noſtrum regit naturam & exoneratam eo quoveluti ſarcina, p̄mebatur ipſa haud ęgre reliquum eſt vincere propriſq; muneris haud oblitam concoquere quod concoqui eſt habile & excernere q̄ excerni debet. Ex quibus patere aiunt Galenum probaſſe ad febrium putri

darum

darũ curationem adhibitam phlebotomiam. Sed his facilis eſt reſpõſio Galenus enim eo loco minime agit de omnibus febribus putridijs ſed de his tãtũ quæ adiunctam habent ſanguinis copiam quam vult phlebotomia minui quô portione oneris leuata, natura in humoris peccãtis coctionem facilius incumbat, recreatáque proprium munus exequatur. Grauata etenim ſãguinis copia non poteſt, expedite hoſtem agredi nec aduerſus morbum valide inſurgere. Hunc autem locum ita accipiendum. & intelligendum de his febribus quæ adiunctam habent ſanguinis copiam indicant ac docent tum quæ ſubſequũntur tum ea quorum gratia inſtitutus ſermo. Quum enim Galenus incidiſſet in ſermonẽ de hypochondriorum perfuſionibus quæ in febribus adhibentur eóſque reprehenderet qui in illis, ſinochis præſertim eas adhibebant non præmiſſa ſanguinis miſſione, quod hoc pacto phlegmonem accerſerent. in diuinis potiſſimũ quia redundantiæ ſanctiæ ſanguinis magis eſſent opontum. Ne videretur autem id tantum de ſinochis de quibus ſermonem inſtituerat intelexiſſe. Volens indicare addatas quoque febres pertinere quæcumque haberent coniũctam ſanguinis copiam in quibus facile quoque eſſet ex perfuſionibus phlegmonem contrahere ſi prætermitteretur

ſan-

ſanguinis miſſio, ſubiunxit, ſalubre eſſe venam incidere in febribus nommodo continentibus ſed etiam alijs omnibus quas putreſcens humor inueheret in quibus ſcilicet adeſſet ſanguinis copia non prohibente ætate aut viribus. Intelligi autem de his in quibus copia adeſſet ſãguinis oſtendit inſtituti ſermonis ſeries, de his enim agebat qui præ copia ſanguinis ex perfuſionibus factis contrahebant phlegmonem, cui malo erant oportuniores diuites, & magis ſanguine abundarent. Licet etiam id colligere ex eo quod ſcripſit libro primo ad glauconem: ſebrium continuarum putridarum curationem tradens. In his etenim ſolis vult adhiberi phlebotomiam quibus rubor & exuperans tumor in corporæ eſt & venæ extenſæ ac diſtentæ tument certa copiæ ſanguinis indicia. Præterea ſi putredinis aut caloris ratione non copiæ ſãguinis cauſa febribus omnibus putridis ſalubrem eſſe voluit venæ ſectionem, quare in tertianis exquiſitis putridis eã ſubſticuit? in quotidiani abſtinuit cum libro primo ad Glauconem, de earum curatione. ex profeſſo agens Quare in tertianis nothis vt adhibeatur requirit ſanguinis copiam? ſcribẽs adhibendam ſe ab initio ſanguinis miſſionm ſi conueniat ſi enim putredinis aut caloris ratione adhibendaforet non ſanguinis copiæ cauſa, conueniebat

bat perpetuo hanc adhibere, neque vlla opus erat exceptione quod hæc in his febribus perpetuo adſint. Hæc equidem aperte docent Galeni, ſententiã citatam ex vndecimo methodi medendi libro de incidenda vena in febribus omnibus quas putreſcens humor committit intelligendam preſente ſanguinis copia. Memini Rõdoletiũ docentem. Monſpeſſuli dum incidiſſet in hunc locum, interpretatũ eum fuiſſe de ſynochis putridis hac ratione potiſſimum ductus quod Galenus hactenus de ſinochis tantum egiſſet ad quas videbatur lectorem remittere dum ſubiuxit vt prediximus, de nullis etenim alijs putridis febribus ante egerat quam de ſinochis putridis. Sunt qui Galeni ſententiam intelligi volunt de omnibus quidẽ febribus putridis quarum cauſa ſit obſtructio facta ex ſanguinis copia, quæ opinio inclinat plurimum in noſtram ſententiam. Sanguis etenim non ſolum mole ſua naturæ grauis & noxius eſt ſed etiam obſtructione moleſtus dum venarum occludens ora perſpirationem impedit. Sunt q̃ hoc inſuper argumẽto contẽdunt febribus omnibus putridis præſertim cõtinuis conuenire ſanguinis miſſionem. Quôd ipſæ magni ſint morbi, magnis autem morbis debeantur magna remedia ex quorum genere ſanguinis miſſio eſt. Certum quidem magnis

morbis magna deberi remedia, febresque has continuas putridas, magnos esse morbos. Nō tamē sequitur propterea illis deberi sāguinis missionem. Morbi enim magnitudo magnitudinem quidem remedij indicat, non speciem. At sanguinis missio remedij species quædam est Quemadmodum autem morbi species solā remedij speciem non magnitudinem indicat. Sic magnitudo ipsius, solam remedij magnitudinem nō speciem insinuant. Vnum enim vnū indicat & vnum ab vno indicatur. Sic refrigeratio calefactionem indicat magna refrigeratio non calefactionem sed magnam calefactionem seu magnitudinem calefactionis insinuat Repletio vacuationem, magnitudo repletionis non vacuationem aut vacuationis speciē sed solam magnitudinē vacuationis indicat. Si igitur morbi magnitudo speciem remedij non præscribit. Sit autem sanguinis missio remedij quædam species. Vtique a morbi magnitudine non indicabitur sanguinis missio. Nec vero etiam si cōcedatur his febribus quia magni morbi sunt deberi magnum remedium id non minus intelligetur de purgatione quam de sanguinis missione vtraque enim magna sunt remedia authore Galeno capite secundo libri quanti methodi medendi. Quare ex eo quod magni sint affectus eiusmodi febres concludi

non

non poteſt adhibendam eſſe ſanguinis miſſio-
nem quum ad illã vtraque pertineant. Imo ve
ro ſi proprie nomen magni accipiatur neutra
magna dicentur niſi vbi profuſa fuerint non
magis quã alia quæ in morbis ſurpantur reme
dia, quæ pro ſui magnitudine aut paruitate ma
gna vel parua dicuntur. Vt enim refrigeratio
& calefactio cæteraq; eiuſmodi alterantia ma-
gna dicuntur cum multa & magnarium viriũ
ſunt. Sic ſanguinis miſſio & purgatio nonniſi
cum multa ſunt & ampla magna dicentur re-
media. etcum modica mediocria, cum exigua
parua, niſi magni nomine non quod profuſũ
& multum eſt intelligatur, ſed quod excellens
& ad multa vtile exiſtit, quo è quidem ſignifi-
cato non remedij quantitas ſed potius quali-
tas quædam & vis magni nomine deſignatur.
Neque vero etiam hoc modo & hac magnitu
dinis acceptione, a magnitudine harum febriũ
indicabitur ſanguinis miſsio. Eorum enim quę
ſunt prẹter naturam quodlibet ad ſui curatio-
nem contrarium indicat. Contrariorum enim
vt dictum eſt contraria ſunt remedia. At ſan-
guinis miſsio neq; harum febrtũ magnitudini
neque etiam ipſis febribus quæ in calore præ-
ter naturã conſiſtãt contraria nõ eſt. Sub diuer
ſis enim generibus continentur. Nõ indicatur
itaque ab earum magnitudine ſanguinis miſ-
ſo

ſio quocumque modo magnitudinis nouem accipiatur. Conſtat igitur ſanguinis miſſionẽ nõ conuenire febribus putridis neque vt ſunt in calore præter naturam poſitæ, neque putredinis ratione, nec vt ſunt magni morbi. Sed tãtum ratione copiæ ſanguinis ſi quamdo ſibi ipſis habeant admictam. His ſi addantur ea argumenta quibus eſt demonſtratum in cacochymia non ſolum inutilem eſſe ſed etiam pernicioſam ſanguinis miſſionem multo magis cõſtabit non adhibendam in his febribus phlebotomiam. Sunt enim hæ cacochymæ ſoboles & a vitioſis humoribus fiunt in quibus ſi phlebotomia nonnuquam permittitur id in ea plenitudine permittitur quæ eſt ad vaſa in qua impuris & vitioſis humoribus venæ diſtendũtur ac tumẽt vt plenitudinis pericula & in partem nobilem defluxus declinentur, quod tamen alia ratione quam phlebotomia commode fieri poſſe videmur pluribus argumentis docuiſſe. Sed hæc plenitudo rariſſime accidit Antequam enim homo ad tantam vitioſorũ humorum plenitudinem perueniat, vix fieri poteſt quin ſumma illa cacochymia in graues morbos incidat qui non permittunt ad tantũ magnitudinem impuritatem peruenire æquũ fatiſcunt enim vires & fracte occaſionem prębent putredini dum regendis his malis humo-

moribus prę imbecillitate non ſufficiunt. Videtur etiam in febribus peſtilentialibus non parũpeccari penes ſãguis miſſionẽ,ab his præſertim qui hoc vnum remediũ ad omnes pręter naturam affectus ſatis eſſe ac ſufficere putant, Tantum enim abeſt vt commoda ſit his ſanguinis miſſio(maxime ſi ſerius adhibeatur) vt nihil magis officiat huic febri quę habet ſupra omnes alias ſummã virum imbecillitatem coniunctam , At ſcopus alter mittendi ſanguis eſt virium robur. Plurimũ itaque peccant qui id non agnoſcentes, in tanta virum imbecillitate vacuationem ſanguinis moliuntur cuius conſeruationis maxime ſtudioſos eos eſſe oporteret (ſi quidẽ in eo multa eſt tum caloris tum ſpirituum copia atque vbertas,) in his præſertim febribus quæ tota ſubſtantia ac ſpecifica quadam vi ac forma cordi vitæque noſtræ ſunt infenſiſſimę.Diſſuadet quoque in his febribus ſanguinis miſſionem hoc maximè q̃ ipſacõtrarios cieat motus his quos natura inice ac ſuſcipere ſolet alioque deducat humores, quã quo natura vergit.Quæ vt puida eſt,ſolet in eiuſmodi morbis humores noxios & maligna qualitate infeſtos a corde intimíſque corporis locis ac principum partium ſedibus ad externas & extremas partes depellere ac omni conatu totíſque viribus a ſe propellere Phlebotomia

botomia autem, hos reuocat ab extimis locis ad intimas partes; ſi quidem dum è caua vena & magno illo trunco exhauritur vena ſecta in brachio alterutro ſanguis, ad eam inanitionem ex ramulis ſuis retrahitur ſanguis & ab extremis venulis remeat. Hoc modo fluentis ſanguinis è narribus aut aliunde renulſiones fiunt hinc fluxionis ſanguinei humoris in phlegmone reuocationes, & aduerſus fluxionis impetum diuerſiones ſecta vena fiunt. Vna autem cum ſanguine reuocari quoque ab extimis partibus in intimas venenoſam mali gnam & peſtillentem illam qualitatem, docet Venereum vinus quod cum iguinum bubone aut gonorhea ſe prodit, adhibita ſanguinis miſſione intro recurrit totiq; ſeiminiſeens ſanguini, ſneem veneream accerſit. Sic in hominum perniciem, inflictum & ſuſceptum venenum merſu canis aut viperæ vel ictur ſconpionis venæ ſectione euocatur & in abditas corporis partes ab extimis & extremis retrahitur. Idē in peſtilentibus febribus euenit in quibus nō ſine graui noxa certóque periculo adhibetur ſanguinis miſſio. Cuius rei fidem faciunt triſtes euentus qui inde ſunt conſequuti, tum per eos populares morbos, quos a capitis dolore quem maximum inferebant Galli coqueludie appellabant. Tum per eas peſtilentes febres

quæ tum anno milleſimo quingenteſimo ſexa geſimo quarto tum. anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto ſexto ſeptimo octauo & nono,& octuageſimo quinto ſexto & ſeptimo.Et per maligñas illas febres quæ non dudum lugduni graſſatę ſunt. In quibus ſanguinis miſſio aut perniciem attulit aut morbum fecit multo deteriorem.In aliis quibuſdã non adeo funeſta fuit,ſed tamen eiuſmodi quæ ſerius adhibita poſtquam venenata illa ac maligna qualitas quæ ipſas commutabatur febres altius ſe inſinuaſſet exitium adferret, ſatiuſq; multo eſſet in totum abſtinuiſſe à ſanguinis miſſione quam altero aut tertio die adhibuiſſe.Nec vero id mirum ſi quidem pernicioſum illis id omne eſt quod vires deiicit minuit,ac labefactat cuiuſmodi quidem eſt ſãguinis miſſio quę præter id quod iam dejectas& infirmas in hoc morbo(vel ab ipſo initio)vires proſternit,de cauſa ipſarum februm patilentialium. Non enim eius cauſa vulgaris eſt quædam putredo qualis ea quæ alias febres committit ſed eſt maligna quædam & pernicioſa qualitas alterius cuiuſdam naturę particeps & cordi ac vitæ noſtræ peculiari & ſpecifica quædã vi infenſa,quæ nec ſanguinis miſſione ſuperatur,nec alio genere euacuationis tollitur, non minus quam lues venerea:Sed remedium poſtulat

ſtulat quod alexipharmaca vi & antipathia quadam oppugnet venenatam illam & malignam qualitatē quæ vitæ noſtræ ex diametro aduerſatur; qua ſuperata ac deuicta aut magna ex parte veluti retuſa ac repreſſa ſi ſanguinis adſit copia locus eſſe poteſt phlebotomiæ Sin minus abſtinendum ab ea eſt. Si vitioſis humoribus ac ſuccis prauis abundet æger, de purgatione cogitandum præmiſsis his quę malignam illam qualitatem oppugnēt, In aliis febribus, malignis quidem ſed non adeo perniciosis quales plęręque itaque his proximis annis ſeuierunt in vulgus, poteſt quidem ad minuendam ſanguinis copiam aut ad reuocandū ruentis in aliquā partem principem ſanguinis impetum vſurpari ſanguinis miſsio, ipſo morbi initio. Sed iam progreſſo morbo, perniciosium eſt, quia iam altius ſeſe inſinuauit venenum, & vires plurimum fractę eius malignitate, minime conſtant, præſertim dum vrinę propter agitatam a ſpiritu flatuoſo crudā materiam & diſſolutam humorum facultatūmq; œconomiam, a venata illa & maligna qualitate, turbidę ſubiugales ac craſſę iniuguntur. aut ſupramodum tenues & aquoſæ. vel omnino ſanis ſimiles: quæ eo cæteris deteriores cenſentur q̄ indicent febres eiuſmodi, qualitate maligna magis quam putredine infeſtare, non ex

pernitie genita in nobis: ſed ex ſublimi demiſſa originem ducere, quæ humoribus intactis ſpiritus inficit, & cor impetit primo apulſu. Maxime vero abſtinendum à ſanguinis miſſione in eiuſmodi febribus, quum eruperũt exanthemata foras, aut bubones, aut carbunculi in cute ſunt conſpicui, non ſolum quòd vires iſtud remedij genus minime ferãt aut quòd vitanda ſit venenatæ & pernicioſę materiæ intus reuocatio, ſed quôd (vt ipſi ſentiũt) ſedetur ſanguinis feruor & eius veluti ebulitio remittatur ſanguis detractione, quę tamẽ inhis requiritur vt in muſto ad expurgationẽ ſorditiei illius ac malignitatis & venenatę qualitatis quę in ſanguis maſſa deliteſcit & qua concepti in venis humores ſordeſcunt. Quemadmodum enim muſtum dum feruet in dolio defecatuoe, ac ſorditiẽ ſuã deponit & huius expurgationis beneficio vina nõ facile abeũt in vapã nec aceſcunt aut corrũpũtur facile, tantùm poteſt illa expurgatio ad vini conſeruandã integritatẽ. Sic in ſanguine euenit per eiuſmodi morbos & maxime in variolarum atque exanthematũ eruptionibus dũ feruet ſanguis in venis vt quanquã in ſũmo eorũ vigore liceat aliquid exhibere ꝙ incendiũ, ẽperet abſtinendũ tamẽ ab his quę plurimũ refrigerant & feruorẽ ſanguinis extingũt, quẽ iſti remitti uolũt ſanguinis

nis miſsione. Sed de his alias ex profeſſo dicetur. Tẽpeſtiuũ iã eſt eos errores attingere qui penes mittendi ſanguinis quantitatem committuntur. Nonnulli etenim ſunt adeo liberales ac profuſi in eo genere euacuationis, vt modum omnẽ excedant, & nunquam ſatis eſe putẽt, nec prius deſiſtant a ſanguinis miſſione, quam venas omni propemodum ſanguine exhanrierint. Adeo quidem vt non verean tur vel in leuiſſimo morbo quadraginta vel eeiam ſexaginta ſanguinis vncias detrahere vna vice, vel ſaltẽ paucis interpoſitis ſpatijs. Quã quidem profuſam euacuationem mirum eſt adeo obnixe eos amplecti, cum ab Hippocrate paſsim damnentur tanquam naturæ inimicæ ac periculoſę, extremæ euacuationes ſemel enim inquit aphoriſmo quinquageſimo primo libri ſecundi aphoriſmorũ, multũ ac repẽte vacuare vel replere vel calfacere vel refrigerare aut alio quouis modo corpus monere periculoſum. Omne ſiquidem nimium naturæ inimicum paulatim vero quod fit tutiũ. Et aphoriſmo tertio libri primi. Extremæ inquit vacuatiores periculoſę Deiiciuntur enim mirum immodum vires ſũmis illis euacuationibus. Improbat propterea Hippocrates vel etiã inhabitu athlethico extremã illam vacuationẽ tanquam minime tutam, cui modum imponi

vult ex virium robore deſumpta indicatione. Quod non aduertũt plærique hac tempeſtate qui nulla earum habita ratione, vt nec ætatis nec regionis nec habitus corporis aut coeliſtatus aut loci aliorumve eiuſmodi quibus quãtitas vacuationis definitur de miſſionis ſanguinis quantitate ſtatuunt. Arduum ſane ac difficile eſt remedij quantitatem definire, egẽque id ſumma animaduerſione ac requirit ſi quid aliud acre ingenium. Nec quicquam eſt vel ipſo teſtantes Galeno capite decimo tertio libri de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, quod artem medicam reddat magis coniecturalem, quam ne ſcripto quidem definire licet. Veruntamen habet illa ſuas limitationes & circumſcriptiones quibus definitur nec caret ſuis indicationibus. Vt enim remedij ſpecies ex morbi ſpecie definitur ſic eius magnitudo ex morbi magnitudine deſumitur: & quemadmodum extremis morbis extrema debentur remedia ex Hipqocratis aphoriſmo ſexto libri primi aphoriſmorum ſic paruis parua & mediocribus mediocria remedia conueniunt. Magnæque repletioni magna debetur vacuatio paruæ modica & mediocri moderata. Quantum enim increuit affectus, ad tantam magnitudinem extendi efferriq; remedium debet. Nec ſatis eſt contrarium illud eſſe ſed eouſq;

contrarium eſſe oportet vt ſuperet: ſiue id repente vt in acuto & præcipiti affectu ſiue paulatim vt in mediocribus & chironicis minimé que vrgentibus aut periculoſis. Ex magnitudine itaque ipſius morbi magnitudo remedij ſtatuetur. Et ex magnitudine repletionis vacutionis magnitudo deſumetur, Ad quam definiendam neceſſaria quoque videtur virium conſideratio pro ipſarum etenim robore aut imbecillitate minuitur aut augetur vacuationis modus, & quantitas ac potiſſimum vbi de ſanguinis euacuatione agitur, quôd ex ea (potiſsimũ ſi excedat) vires ſupramodum frangantur propter magnam caloris ac ſpiritum diſsipationẽ quam ipſa infert. Neq; enim ſatis eſt magno morbo magnum adhibere remedium, ſed etiã conſiderare ac perpendere oportet, quid vires valeant & quantum ſuſtinere poſsint, vt ex cõparatis inter ſe ambobus morbi ſcilicet magnitudine & virum robore, de modo ac menſura euacuationis recte ſtatuatur. Quemadmodum enim pro repletionis magnitudine aut paruitate, maior aut minor euacuatio decernitur, Sic pro virium robore liberalior aut partior ſtatuitur. Robuſtę enim vires multam ſuſtinent euacuationem, infirmæ paruam. diſſolutę vero nullam, adeo quidem vt ſi quando diſſolui animaduertantur ceſſandum ſit ab omni

vacuatione etiamſi minus ſit euacuatum quã ipſa repletio poſtulabat, tanta eſt earum digni tas. Non ſolum autem vires præſentes conſi derare oportet, ſed etiam futuras longe proſ picere, acuratéque perpendere, an ſuſtinendo morbo pares eſſe poſsint. Quemadmodum enim vult Hippocrates aphoriſmo nono libri primi, in victu tenui inſtituendo coniecturam fieri ex ægroto, an cum tali victu ad morbi vſque vigorem perſiſtere poſsit, an vero prius deficiat imparque cum tali victu ſuccumbat quam cedat morbus & obtumdatur. Sic in prę ſcribenda vacuationis quantitate præcipueq; ſanguinis, conſiderate agendum atque expendendum an vires ſint ſuffectutæ quoad morbus ſuperetur. Cuius rei gratia Galenus capite decimo quarto libri vndecimi methodi medẽdi monebat, in ſinocho putrida ne tantum ſanguinis detraheretur quantum ipſa plenitudo exigere videbatur, ſed aliquid reponeretur ad curationis ſpatiũ (cũ neque obſtructionẽ neq; putredinẽ tolleret phlebotomia), ne producto morbo ad vires firmãdas ac roborãdas ægrum intẽpeſtiue nutriue cogamur. Habẽda itaque magna virtũ ratio ĩ definienda vacuationis quãtitate præcipueq; ſanguinis. Ad Huius etiã exactam & abſolutam definitionem habenda quoque ratio tum habitus corporis tum cœli

ſtatus

ſtatus atque aëris, tum tempeſtatis anni & ætatis, quorum ratione vires maximam ſuſ-ſtinent mutationem, maiórque aut minor inſtituitur ſanguis detractio, quemadmodum am pliſſime docet Galenus capite duodecimo libri de curandi ratione per ſanguinis miſs ionẽ his verbis. Quibus inquit amplæ ſunt venæ & graciles ſunt, nec candidi nec tenera carne prę diti, eos copioſius vacuabis Contrarios autem parcius, quippe qui exiguum habeant ſanguinem & carnem facile tranſpirabilem. Et capite decimo tertio libri eiuſdem. Minus inquit detrahimus ſanguinis quum plenitudo requirat, quod ad ætates in pueris, quod ad comporis habitum in candidis & quibus mollis teneráque eſt caro quales ſunt galli, & quod ad tẽpus ſub cane. Similiter in regionibus & conſtitutionibus atque etiam contrarijs tum temporibus tum locis largiorem vacuationem fugimus. Et capite decimo quanto libri vndecimi methodi medẽdi, Sicui inquit mittitur ſãguis triginta annos natus & mollis & pinguis & albus & gracibus venis fuerit, huic aut plane ſãguĩnem non detrahẽs in tempore ęſtatis & regione ęſtuoſa & cœli ſtatu calido & ſicco, ita in reliquis tum anni in temporibus tam regione tum cœli ſtatu parum detrahes. Hinc manifeſtum eſt, horum ratione non parum minui vel

etiam

vt ad definicedam mittendi ſanguinis quantitatem magni ſint momenti. Quod tamen plærique non aduertunt, ſed de his ſpretis de mittendi ſanguinis quantitate ex arbitrio ſtatuunt & quibuſuis tum ętatibus tum habitudinibus nulliſque non temporibus ſanguinem detrahunt. Nec vero eſt quod Celſi authoritate ſe tueatur quod ſcribat libro ſecundo de medica materia capite decimo. Nõ intereſſe in inſtituẽ phlebotomia quæ ſit ætas ſed quæ vires ſint & quod firmus puer & robuſtus ſenex ſanguinis miſſione curantur. Quantumuis enim illis ætatibus pro ætatum ſcilicet ratione conſtant vires, ad alias tamen ætates collactæ infirmę ac debiles iudicantur, facilèque labaſcunt ac prõpte offenduntur. In pueris quidem propter corporis mollitiem & facilem promptámque diſflationem. In ſenibus vero quia in ipſis ineſt caloris parum, vt habet aphoriſmus decimus quartus libri primi aphoriſmorum Hippocratis. In quibus ex hauſti vtriſq; ſunt ſpiritus & crudorum ſuccorum adeſt copia in his quidẽ propter caloris imbecillitatẽ; In illis vero propter voracitatem, Vnde periculum eſt ne propter contractam ex his imbecillitatem, illis accidat quod idem celſus loco citato ſcribit de iuuenibus imbecillis, vt a miſſo ſanguine vis quæ in illis ſupereſt emoriatur, indeque vt refert

fert ille eodem capite in adminiſtranda phlebotomia in illis ætatibus fallatur medicus, q illis ætatibus minus robores ſubſit, Febrilis etiam caloris & victus tenuis qui in eiuſmodi morbis acutis inſtituitur habenda retio in præfinienda mittendi ſanguinis quantitate, quia ab his multū ſanguinis ac nutrimenti abſumitur. Vnde non parua accedit viribus imbecillitas vt docet Galenus capite decimo tertio libri de curandi per ſanguinis miſſionem, Superuenientium quoque ſymptomatum habendā rationem docet Galenus capite decimo tertio libri primi ad Glauconem his verbis. Si quis inquit conuulſus ſimul ſanguis miſsione egeat, non dettahendum tantum omnino quātum affectus exigit ſed aliquid ſymptomat tri buendum, hæc enim ſymptomata de viribus non parum detrahunt. Qui hæc non obſeruant, nec agnoſcunt omnibus non eaſdem eſſe ſe vires, non parem plenitudinem, morbos magnitudine, ægros habitu corporis, & ætate diſcrepare, varias quoque eſſe temporum conſtitutiones, diuerſaſque locorum ac regionum temperaturas pro quibus variatur, mittendi ſāguinis quantitas in profecto fluctuantes huc atque illud incerti errant & in grauiſsima pericu pericula ægros deducunt. Conſuetudo quoq; in hac re aliquid ſibi vendicat. Aſſueta etenim

vel

etiam deteriora, inſuetis minus moleſta eſſe ſolêt. Et dicitur aſſuetudo altera veluti quędã natura Aſſueti ita q; miſsioni ſãguinis largiorẽ euacuationem facilius ferunt. Eſt etiam in non nullis peculiaris quædam natura eiuſmodi vt phlebotomiam aduerſentur omnino, atque adeo, vt ad ſolius phlebotomiæ nomen honteſcant & propemodum animo linquant. Ex vitę q uoque genere non parum imutatur mitten di ſanguinis quantitas. Qui enim in laboribus vitam degunt, quia in ipſis præ labore exhauriuntur venæ ſanguine, a largiore ſanguis miſſiones facile offenduntur. Qui cacochymi ſũt &prauis abundant ſucis, quia facile exoluuntur & firmas vires non habent largiorem ſanguis miſſionem nõ ſuſtinent. Qui inculpatum habent ſanguinem & quibus aliqua conſueta ſãguinis euacuatio ſuppreſſa eſt, a ſanguis miſſione nõ facile leduntur, Quibus vellicatur ori ficiũ vẽtriculi a multa bile, à phlebotomia male habẽt, Qui hæc non expendunt a iuſta mittendi ſanguinis quantitate facile deflectunt. Errãt itaque plurimũ quales non pauci ſunt hac ętate, qui his prætermiſſis de mittendi ſanguinis imenſum ſtatuunt. Obiiciunt, qui in iſta profuſa & liberaliore ſanguinis miſſione plus æquo ſibi placent vt noſtram de moderanda illa licentia ſententiam euertant aut ſaltem aliquo

liquo modo eneruent. Hippocratem & Galenum profuſam ſanguinis miſſionem vel vſque ad animi deliquũ non admiſiſſe ſolum ſed etiã probaſſe in plæriſque. Verum animaduertant ab ipſis ſumma tantum vrgente neceſsitate, & nonniſi prius explorato virum robore vſurpatã necnõ ſumma cum præmeditatione. Quod ipſe teſtatur Hippocrates aphoriſmo vigeſimo tertio, libri primi quo inquit. Quæ vacuantur, multitudine metienda non ſunt ſed ſi quæ oportet vacuentur & facile ferunt atque vbi ad animi vſque deliquim educere conuenit faciẽ dũ ſi ægrotus par eſſe poſsit quam Hippocratis ſententiam Galenus confirmauit commentario eiuſdem aphoriſmi vetans accedere ad illam vacuationẽ nõniſi viribus exploratis vel etiãin finochis febribus Idẽ ſcribit capite vnde cimo libri de curandi ratione per ſanguinis miſſionem. Ad hęc, ſi vt conſtat ex aphoriſmo Hippocratis vigeſimo quinto libri primi ea improbãda eſt euacuatio quã ęgri difficulter ferũt, quomodo fuerit admittẽda ea quę ad animi vſque, deliquium deducit ægros nõ enim eãfacile ferre dicipõt is cui ex ea Inqt animus. Eſtetiã hac ratione reiiciẽdaea euacuatio quod extrema ſit & periculoſa. Extremas etenim euacuationes omninos vt & repletiones extremas (vel etiã in athetico habitu) damnat Hippocrates

pocrates aphoriſmo tertio libri primi. At quæ magis extrema eſſe poteſt ea quæ præ vacuationis magnitudine animi deliquum infert? Neque enim hic agitur ea lipothimia quam formido infert ſed quæ vacuationis ratione accidit quod Galenus capite decimo libri noni methodi medendi multis exempli confirmat. Ac primũ exemplo eorum quos teſtatur facta ad hypothymiam vſque phlebotomia perijſſe in medicorum manibus, qui poſtquam inquit animo linquerentur nunquam poſtea reuixerunt tum aliorum qui ſi non protinus, poſtea tamẽ ex ea vacuatione viribus proſtratis perierunt. Nonnullorum etiam qui ab immodica illa vacuatione reſciderunt in morbos longos reſoluta vi naturali, Aliorum quoque qui cum eiuſmodi immodicæ vacuationis noxam ſarcire non poſſent, in omne reliquæ ſuæ vitę tempus redditi ſunt frigidiores & ex ea refrigeratione ex quauis occaſione læſi ſunt, Vnde inquit alij decolari ex malo corporis habitu vixerũt aliquiin morbos extiales inciderũt, orthopnoeã ventriculi & Iecoris imbecillitatẽ. Idem quoque (quod maxime periculoſam euacuationẽ hanc oſtendit) iubet capite decimo libri de curandi ratione per ſanguis miſsionem, attentos nos eſſe pulſum diminutionibus in ſanguine mittendo ad hypothimiam vſque, ne nobis in

quit

quit non opinãtibus pro animi deliquio mors obrepat. Quibus equidem manifeſtum eſt, profuſam iſtam, & ad animi vſque deliquium factam vacuationem periculi plenam, non ad modùm veteribus placuiſſe, raróque fuiſſe ab ipſis vſurpatam. Ad quam equidem præſtandam, non vulgares quoque conditiones deſiderabant, vt licet colligere ex his, quæ Galenus ſcripſit cõmentario in particulã ſeptuageſimã qnartã ſectionis quintę libri Hippocratis de victus ratione in morbis acutis, his verbis, Plus ſanguinis, inqt fluere ſinimus (in plurimis de ſcilicet de qua agebatur) nõ quia dolor ſit acutus, ſed ob alia, vtpote ſi vires robuſtæ fuerint, floruerit ætas, ſanguis abũdauerit, & laborantis natura tum denſior, tum durior, atque ægrè perſpirabilis & ſanguinis copioſi fuerit, tũ etiam tempus & aeris conſtitutio temperata ſic ſane & regio. Nempe quod ad animi vſq; defectionem ſanguinem auferre non vereamur nobis ex his accidit Quas equidẽ conditiones, vt rarum fuit ac difficile in aliquo inuenire, ſic rarum quoque fuiſſe vſum eiuſmodi ad lipothimam vſque phleboiomiæ, facile eſt intelligere. Ex hac itaque vacuatione a veteribus nonnunquam vſurpata deſumptum argumentum parum firmum, fuerit, ad ſtabiliendam largioris ac liberaloris ſanguinis

guinis miſsionis licẽtiam. Iuſtant vero, vel hoc prætermiſſo argumento, alijs exemplis & locis ex Galeno petitis, poſſe doceri ac confirmari hanc ſuam de largiore ſanguinis miſſione ſententiam. Ac imprimis, citant locum ex capite decimonono libri de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, in quo teſtatur Galenus iuſſu ſuo detractas febricitãti ſanguis cotylas ſex quarum ſingulæ pendent circiter. vncias ponderales octo. Tum etiam ex capite decimo tertio eiuſdem loci referunt, Galenũ ſanguinem cuidam ad libras ſex miſiſſe citra virium offenſionem. Et œcomeno cuiuſdam diuitis romani aphthalmia laboranti, ſuo iuſſu detractas quatuor ſanguinis libras. Et capite octauo libri quinti methodi, ſputo ſanguinis laboranti ex vena rupta, quater miſſum ſanguinem, & alteri ſpucnte ſanguinem propter refrigerationem inſtrumentorum reſpirationis, quater biduo ſectam venam. Poſtremo ex commentario in particulam vigeſimam nonam ſectionis tertiæ libri ſexti Epidemiom, mulieri extenuatæ detractum fuiſſe ſanguinem ad libras tres, cuius euacuationis beneficio conualuerit Quibus ipſi contendunt licere Galeni exemplo quem ſe imitari prædicant, liberaliorem decernere ſanguinis euacuationem. Verum lõge errant mea quidem ſententia infirmiſque ad-

admodũ nitũtur argumentis. Quantum enim ſpectat ad id q̃ referunt ex capite vndecimo libri de curandi ratione per ſanguinis miſſionẽ, detractas cuidam vna vice ſanguinis libras tres. Et ex capite decimo tertio eiuſdem libri, alteri cuidã libras ſex. Agnoſcere imprimis oportet, Galeni ętate hominibus corpora multo ꝑceriora amplioraq; ac denſiora fuiſſe quãnũc ſint, Hos etiam ſolidioribus cibis vſos, & propter temperantiam non adeo ſuccis crudis, & vitioſis humoribus cõgerẽdis oportunos fuiſſe, ꝑpter quæ largiorẽ ſanguinis miſſionem ferire facile poterant, Impuritas etenim ac vitioſitas humorũ, tum etiã paruitas ac laxitas peomptaque difflatio corporum nonpermittunt fieri largiorem ſanguinis euacuationẽ Adhęc certũ eſt, Galenũ loco citato agere de febre facta. ex ſãguinis copia cuius gratia cõſilium ei erat ſanguinem detrahere ad lypothimiã vſque quod citra largiorem ſanguis miſſionem fieri non poterat. Quod ſi ętas, habitus corporis, annique tempus reſpondebant quæ largiorem ſanguinis miſsionem fieri permittunt, manifeſtum eſt potuiſſe his nõ incommode detrahi libras tres ſanguinis vel etiam ſex quod in alijs hoc maximè ſeculo facere non liceret, & male ſederet, veluti ipſe Galenus teſtatur eodem loco nonnullis accidiſſe

ſuo tempore, quibus cum ad libram vnam fuiſſet detractus ſanguis, magnum ſecutum eſt virium detrimentum, quod extremè æs iſſet, inquit, ſi quis ad duas libras detraxiſſet: Qua propter vtiliter etiam (vt ipſe refert) quibuſdam vnça detracta: imo verò nonnunquã hac minùs. Ex quibus equidem Galeni dictis licet colligere, & conſtat apertè, q vt ſunt varij corporum habitus, ætates, ac vires, temporum que conſtitutiones diuerſę, ac plenitudinis varij gradus: ita varias diuerſaſque mittendi ſanguinis menſuras ac modos inſtitui tũ etiã Galenum plærúmque à largiore ſanguinis miſſione abſtinuiſſe, & nonnunquam minore vſum, prout videlicet ſuadebant ea quæ præſidij huius magnitudinem aut paruitatem indicabant. Diuitis cuiuſdam romani œconomo libras tres ſanguinis detraxit, quòd diuturna & ingenti oculorum inflammatione laboraret, vnà cum ſanguinis copia. Extenuatæ mulieri (id eſt macillentæ, vt explicat in commentario) Galenus ſctibit detractasquidem triduo libras tres ſanguinis, ſed cui reſtiterant per octo menſes purgationes menſtruæ, turgebantq; venæ ſanguine, Adoleſcentibus ſanguinem ſpuentibus detractus ter quaterue ſanguis, ſed intra biduum nec deſignata menſura, vnde coniectura eſt, ea quantitate miſſum

ſangui

ſanguinem, quæ ſcopis mittendi ſanguinis & eorum magnitudini reſponderet. Hæc itaque loca atque exempla à Galeno petita, parùm faciunt ad ſtabiliendam aduerſariorum de largiore ac liberaliore ſanguinis miſſione opinionem. Liceat nobis, ne in iſta ſententiarum varietate incertus fluctuet animus, & vt cõſtet (præter illa quæ ab vniuerſalibus mittendi ſanguinis ſcopis in genere docentur) quę cuique menſura debeatur, locum proferre ex Galeno ad id accommodatiſsimum. Is capite duodecimo libri de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, proponit iuuenem excedentem annum decimumquartum viribus conſtantem & multo ſanguine præditum, cui imminet ex morbo acuto periculum, vt nihil equidem in eo deſiderari poſſit eorum, quæ ad largiorem ſanguinis miſſionem requiruntur, viribus, ætate, tempore, regione, loco, habitu corporis, ſimul in id cõſentientibus ac conuenientibus. Huic ita conſtituto, certam quandam mittendi ſanguinis quantitatem aſſignat, quæ ſit veluti norma ac regula aliorum, quæ liceat augere vel minuere pro receſſu ab ea, tantúmque detrahere, de mittendi ſanguinis quantitate, quantum quiſque ab ea recedet, & quantum ſuperabit eam, tantumdem ipſam augere Galenum dicemtẽ au-

diamus. Si puerò inquit annum decimũ quantum excedente, copia ſanguinis appareat, tempuſque anni vernum fuerit, regio temperata ac pueri natura bene ſanguinea. Et peripneumoniæ auginæ pleuritidis aut alterius acuti morbi periculum impendet, detrahes primo & ad ſummum cotillam vnam, (pendet hæc circiter vncias ponderales octo) quod ſi poſtea vires perpendenti, validę videantur dimidium adiicies iterata miſſione, id eſt denuo mittes ſanguinem: ad cotyle dimidium, poſteriore miſsione ſupplendo, quod deeſſe videbatur ad completam vacuationem. Hac hypotheſi Galenus regulam ſtatuere videtur ad quam cętera comparentur, ad definiendã mittendi ſanguinis quamtitatem medium quoddam ſtatuens, ac veluti ſcopum, ad quem dirigantur omnia. Quantitatem autem dum conſtituit in iuuene ſanguineo ac viribus conſtante, in quo nihil deſideratur quod pertineat ad copiam ſanguinis & virum robur deſignandum, vnciarũ eſſe octo aut ad ſummũ duodecimmi iterata venę ſectione Excludit ſane apertiſſimè reiicitq;, illã liberaliorem ſanguinis miſsionem, quam nonnulli nimis quidem licentioſe ad plures libras extendunt, & amplificant, vel etiã in minimo morbo, & abſente ſanguinis copia, nõnunquam etiam parum firmis viribus,

viribus, Nõ inficiamur quidem in procerſore corpore amplioribúſque venis & maiore plenitudine cæteris paribus detrahendum, plus ſanguinis. Sed tamen fuerit hoc quod propoſitum eſt exemplum, horum regula ad quã prudens medicus ſuos ſcopos diriget, Hactenus de mittendi ſanguinis quantitate. Supereſt vt de his quę ad medendi vſum,& occaſionem ſpectant dicamus. Nã ſi quid in mittendo ſanguine peccatur in eo maximè hodie peccatur. Vix etenim vnũ aut alterũ è multis reperias q. nullo non morbi tempore vel etiam in ipſo ſtatu,(ſi botallo creditur) ſanguinem nõ detrahat,atque etiam quibuſcunque febris temporibus phlebotomiam non adhibeat,etiamſi ab initio non fuerit prætermiſsa,Hoc quam bene fiac expendere nũc agrediamur. Tria ſunt in quibus medendi ars conſiſtit remedij videlicet ſpecies,eiuſdem quantitas, & vtendi modus qui complectitur occaſionẽ,quorũ ſingula ſuas habent indicationes quibus definiuntur, Inter cætera autem magnam curationis partem ſibi vendicat occaſio cuius diligens obſeruator eſſe debet, qui optatũ curationis finem aſſequi deſiderat, Eius vero indicationes eo accuratius obſeruandæ quod ipſa præceps facilè effugiat. De his autẽ ſic ſtatuẽdum nobis videtur. Quemadmodum remedij ſpecies ex

morbi ſpecie,& eiuſdem quantitas ex morbi magnitndine deſumuntur: ſiue quemadmodũ ex eius quod indicat ſpecie & magnitudine, eius quod inducatur, tum ſpecies tum magnitudo inſinuatur. Sic ex eius, quod indicat, præſentia, eorũ quę indicãtur tẽpeſtiuitas ac vtẽdi occaſio deſumitur. Quando enim præſens eſt id quod indicat, occaſio tum datur adhibendi id quod indicatur. Et quia non ſemper eſt prę-ſens id quod indicat, propterea non ſemper datur occaſio, nec tempeſtiuum eſt ſemper vtẽdi eo quod indicatur: ſed definitur tẽpus idoneum, ac tempeſtiuitas ex præſentia eorũ quæ indicãt. Quorũ gratia dicebat Hippocrates, aphoriſmo primo libri primi aphoriſmorũ, occaſionẽ eſſe præcipitẽ, quòd ſcilicet in præcipiti ſint, faciléque effugiant, quæ ſua præſentia ipſam definiũt, & præſentem oſtendunt. Non datur itaque ſemper occaſioni locus, nec quocùnque tempore remedia vſurpanda veniunt, ſed requirunt ſingula adhiberi, ſecùndum eam quæ datur opportunitatem, deſumptã ex præſentia eorum quæ indicantur. Vnde illud Hippocratis aphoriſmo vigeſimo nono libri ſecundi aphoriſmorum, Incipientibus morbis, ſi quid mouendum videtur moue vigentibus, verò, quieſcere multo præſtat, Quòd in ipſorũ initiis præſentia ſint, quæ vacuari poſtulant

proce-

procedente vero morbo, & in ſtatu illa abſint, Vndefit vt ea adhibere illo tempore cõmodũ ſit, his verò minimè. Sic incipiente morbo alia quam dum in vigere eſt vſurpantur remedia pro temporum diuerſitate, quod hoc non illo tempore preſens, id ſit quod hoc vel illud remedium indicat. Vnde cõſequitur, quod ſicut ſunt diuerſa occaſionum tempora, pro diuerſitate temporis præſentiæ eorum quæ indicant, ſic remediorum diuerſũ ſit vtendi tempus, & diuerſa remediorum genera diuerſis morborum temporibus aſſignentur. Quamobrem nõ parum halucinantur qui ſanguinis miſſionem vnum ex remediorum generibus quæ febribus adhibentur, non initio tantũ, ſed etiã in augmẽto & circa ſtatũ vel etiã in ipſo ſtatu quę ſunt diuerſa diſtinctáque febriũ tempora adhibere commode ac rectè, putant. Eo enim ſolum tẽpore venit adhibenda phlebotomia quo preſens eſt id quod eam iudicat, abſente eo quod contra iudicat. At indicat ſanguinis miſſionem, vt euacuationis modus eſt quidam ac ſpecies, (de hac enim inſtitutus eſt ſermo) tanquam oppoſitũ contrarium repletio. Oportet itaque preſentẽ eſſe plenitudinẽ, vt ipſa adhibeatur, Quoniam autem vt genus ab oppoſito genere indicatur ſic generis differẽtiæ indicãtur ab oppoſiti genere differentiis, Hęc ſangui

nis euacuatio, à repletione ſanguinis indicatur, uandocumque igitur aberit ſanguinis repletio, nec erit preſens ſanguinis copia, tẽpeſtiuum nõ erit nec dabitur occaſio adhibendi ſanguinis miſſionem. At poſt initia, & iam progreſſo morbo, tum propter iam adhibitam phlebotomiam, tum propter eum quem abſumit ſanguinem, tum febris tum inedia non poteſt eſſe preſens ſanguinis repletio, nec ipſius copia adeſſe. Effugerit itaque mittẽdi ſanguinis illis temporibus occaſio, Ex præſentia etenim eius quod indicat, ſumitur vt dictum eſt, occaſio adhibendi id quod indicatur. Alia eſt cauſa ratióque non minus valida propter quum iam progreſſa febre, & in ipſo augmento ac circa ſtatum non videatur ad mittenda phlebotomia: Quod ſcilicet illis temporibus fractæ ſint admodũ vires tum ex morbi vehementiãtũ propter victus parcitatẽ ac tenuitatem quæ in his adhibetur, Requiritur autem in mittendo ſanguine non mediocre virum robur, Propterea monet Galenus commẽtario in aphoriſmum nonum libri ſecundi aphoriſmorum, vt per initia, maiora remedia, quæ ſunt ſanguinis miſſio & purgatio adhibeantur: Aliud argumentum non minus validum, ſumitur ab eo quod illis temporibus natura in morbificæ materiæ concoctionem

nem maximè incumbit,quã ab opere reuocare non licet nec tutũ eſt Dicebat itaque Hippocrates Incipiẽtibus morbis ſi quid mouẽdũ videtur moue, vigentibus autẽ quieſcere multo præſtat,cuius rei rationem reddit aphoriſmo ſequenti, quod circa initia morborum remiſſiora ſunt omnia, in vigore vehemẽtiora, Quod equidem argumentũ, Galenus ampliſſimè ac luculenter eſt proſecutus commentario in citatum aphoriſmum vigeſimũ nonum, libri ſecundi,his verbis.Non ſolo inquit vigore:exitialum morborum aduentante, ſed nec aliis temporibus ſummũ incremẽtum præcedentibus quicquam mouendum, nobis ſemper memoria tenentibus deploratorum non eſſe ſuſcipiendam curationem ſed cedere abſtinereque,cum ea predictioneoportet,quiſnã ſit futurus euentus, aliorum verò morborum in quibus ſalutis ſit ſpes aliqua, per initia danda eſt opera,vt maxima adhibeantur remedia. nam de his dicebat Hippocrates ſi quid mouendum videtur moue,Pręcipua autem in his ſunt remedia maximè quidem phlebetomia, nonnunquam verò & purgatio quorum neutrum in vigore venit vſurpandum. Nam vt in libris criſeõ oſtendimus tunc temporis maximè fiũt morborum concoctiones, quæ quo citius fiant melius eſt per initia vacuare,vt minorem

norem redditam materiam, natura facilius concoquit. In vigore itaque quo tẽpore maximè in morbi concoctionẽ incumbit natura vacuare nõ licet tum his de cauſis, tum quia animalis omnino virtus fatigata, laborat licet aliæ duæ vitalis & naturalis, fortes eo maximè tempore permaneãt. Hactenus Galenus Quo quid apertius dici potuit ad euertandam eorum opinionem, qui nullo non febrium tempore phlebotomiam vſurpant. Idem, libro primo de diebus dẽcretorijs acerrime inuehitur in eos qui accedente ſtatu vt officioſi circa ægros viderentur, aut clyſteres iniiciebant aut cucurbitas admouebant, aut aliquid eiuſmodi moliebãtur, quòd his machinamẽtis & remediorum variis generibus naturæ motũ interturbarent & criſes ne ſtatis periodis fierẽt perpediebant. Quanto verò magis id effecerit inſigne remedium ſanguinis miſsio? Si ab his adeo leuibus ac ferè nullius momenti abſtinendũ, illis tẽporibus eſt, multo magis a ſanguinis miſsione. Si enim illis leuiſſimis tẽtatis reuocatur, natura à ſuo munere, ac motus eius interturbatur, & criſes ne ſtatis periodis, fiant perpediumtur, multo magis id effecerit ſanguinis miſsio, Celſus inter latinos medicos facilè primus capite decimo libri ſecũdi, ſuę medicinæ huic Galeni ſentẽtiæ ſubſcribens, vetat

ſangui-

ſanguinem mittere,iam progreſſo morbo, his verbis,Vt aliquando inquit primo die mittere ſanguinem eſt neceſſe,ſic inutile ſemper fuerit poſt diem quartum id præſtare, cum eo ipſo ſpatio & materia ſit exhauſta,& inualuetit corruptio,detractio autem imbecillum facere poſſit non poſſit integrum. Et paulo poſt. Quod ſi febris vehemens vrget in ipſo impetu ſanguinem mittere iugulare eſt, expectanda,verò remiſſio exacerbationis. At quando maior eſt febris impetus vrgétque magis febris quam in ipſo vigore? In quo Hippocrates aphoriſmo trigeſimo libri ſecundi aphoriſmorum ſcribit auctiora fieri omnia, Imo verò Celſus ne in augmento quidem eam recipit, cum ſcribat inutilem eſſe poſt quartum diem. Quare hoc ratum eſſe debet quod propoſitis rationibus,& grauiſſimorũ authorum teſtimoniis comprobatur,circa ſtatum & in ipſo ſtatu, ac toto augmenti tempore abſtinendum a ſanguinis miſſione. Quod minime obſeruãt, qui in februm putridarum curatione phlebotomiam;quamdiu augeri atque increſcere febrẽ animaduertũt,tandiu repetũt, Quaſi non ſit de febriũ natura (paucis exceptis quas paragmaticas,id eſt decreſcentes, & emotonos, id eſt eumdem tenorem ſeruantes appellant, vt a paruis initis ſenſim augeantur,& ad vigo-

rem

rem vſque increſcant, Cum igitur caſit febriũ natura, vt ſua percuẽrrdo tẽpora, ſenſim augeã tur ad vigorẽ vſque, non videtur requiri phlebotomiæ repetitio, ipſarũ exacerbationis ac incremẽti cauſa. Sed totum negotiũ, naturæ relinquendum quæ ſemiputria emendat, & quæ naturæ limites tranſcendunt, nec emendationem aliquam ſuſcipere poſſunt expellit. Nec enim protinus quidquid in ſanguine aut in aliis humoribus putredinis labe eſt inquinatum vacuare tentandum eſt, ſed naturæ id committendum quę vt dictum eſt, cõcoquit quod ad coquendum eſt habile, & expellit quod omnem refugit emendationem. Secus enim quorſum in febribus putridis preſertim, coctiones in vrinis expectamus, & ſpectamus, coctione autem emendari putredinem ipſa definitio docet. Definitur enim coctio, alteratio quæ putredinem ceſſare facit manente ſubſtantia. Nec alia ratione dixit Hippocrates naturã morborum eſſe medicatricem, quam quod aliena ſuperat, cruda concoquit & vitioſa emẽdat atque expurgat, omniaque dirigit in optimũ finem, In cuius rei cõfirmationem ſcribit Galenus capite nono libri vndecimi methodi medendi quod qum in viuente corpore putredo concipitur, eius facultatem, quæ naturaliter concoquit excitando

firman-

firmandóque quæ putreſcentia ſunt ſanamus. Cum igitur ea ſit vis naturæ & ea facultas, vt quod putridum eſt, aut ſuperet ac concoquat pro ſubiectæ materiæ conditione, aut exprllat vt docent quę in vrinos ſpectãtur ſedimenta & in inflammationibus pus, quod verò ſemiputre eſt non ſolum emendet, ſed in priſturam etiam naturam reſtituat. Grauiter equidem peccant non pauci hodie, qui qnandiu in venis aliquid ſupereſſe vitij aut putredinis animaduentunt, vel nonnihil produci febrem, tamdiu ſanguinis miſſionem repetnnt quaſi natura nihil poſſit ad vitioſorum humorum emendationem, nec alia via vacuari vitioſi humores commode poſsint, quam venæ ſectitione. Imo verò tantum abeſt vt ſanguinis impuritas humorúmque vitium, repetendam phlebotomiam ſuadeant, vt contra eam maximè dehortentur. Quo enim plus eſt vitioſi ſanguinis in venis & minus boni eo minus detrahendum de ſanguine docet Galenus capite octauo libri quarti de ſanitate tuenda. Exoluitur enim virtus in his facilè, nec in multa impuritate firmæ vires eſſe poſſunt, vt non iumerito reprehenſione digni videantur, qui ab hac ex libro de ſanitate tuenda Galeni ſententia citata, cacochiniam febrilem excludẽdã putant, Cacochymnia etenim

nim quæ in ipſis exiſtit nihil aliud eſt, quam humorum vitium ac prauitas cum putredine coniuncta quæ febrem inuehit, & per febres plurimũ augetur, labefactato, tum humorum & principum partium temperamẽto, tum facultatum ipſis inſidientiũ robore imminuto, a calore illo præter naturam, Vnde vitium in coctionibus, ac prauorum humorum prouẽtus accedit inſignis, recedentibus his à mediocritate illa coctionis quæ in laudato ſanguine requiritur, aut excedentibus plurimum, & ſupra iuſtum modum incaleſcentibus, de quo cacochymia genere audiendus eſt Galeni citatus locus ex lib. 4. de ſanitate tuenda. Alia ſunt incommoda, & quidem grauiſſima, quæ accidunt ex phlebotomia celebrata in ipſo ſtatu vel etiam in augmento aut circa ſtatum. Impedimentũ ſcilicet quod accedit motui naturæ ex contraria euacuatione ei quam natura, aut inchoauerat aut erat ſuſceptura, cuius gratia dicebat Hippocrates aphoriſmo vigeſimo libri primi aphoriſmorum, quæ iudicantur & iudicata ſunt rectè, nec mouere nec iirrtare, ſiue medicamentis ſiue aliis incitamentis, ſed inere oportet. Iniuria etenim maxima fit naturæ tum etiam ægro (in cuius perniciem id cedit,) cum ab opere ſuſcepto, aut ab inchoata euacuatione reuocatur. Si natura ſolutura eſt

febrem

febrẽ ſudoribus die ſeptimo: cuius rei eluceſcũt
pięrũ que indicia die quanto, nonne qui inſtã-
te ſtatu, & ipſo die indicatorio miſerit ſangui
nẽ nõ ſolùm vires deiecerit. ſed etiãmultũ no
cuerit? Si natura per ſudores criſim eſt mo-
litura, nonne longe erracuerit, qui ea inſtãte
ſanguinẽ miſerit, aut mouerit aliuũ? Si quo na
tura vergit, eò ducere oportet ex Hipp. apho-
riſmo vigeſimo primo, li. primi, aphoriſmorũ,
quãtùm errauerit qui alio deduxerit humores
aliãue molitus fuerit euacuationẽ, ab ea quã
natura erat ſuſceptura, aut qui tẽpus euacua
tionis anteuerterit? Ad hæc hoc accedit am-
plius, quòd ſi poſt illam circa ſtatum factam va
cuationem, alia critica acceſſerit, periculum
eſt ne vires ſuccumbant, imparèſque ſint ſu-
ſtinendis tot euacuationibus: atque eueniat
quod Galenus ſcribit commetario in par-
ticulam centeſimam decimam octauam, ſe-
ctionis quartæ libri, de victus ratione in mor.
bis acutis: vt poſt detractionem ſanguinis, ſu-
perueniente alui fluore, vires proſternantur:
quod de alijs etiam euacuationum generibus
per criſes accidentibus, intelligi par eſt. Non
conuenit igitur circa ſtatum, vt neque in aug-
mento, ſanguinis miſſio, nec reliquis à princi-
pio temporibus vel etiam putreſcẽtis materię
quæ reliqua in ipſis eſt, cauſa, natura etenim

ſatis valet, ad eius quod poſt ſolemnes in prin cipiis factas vacuationes reliquum eſt, concoctionem atque euacuationē, quā ipſa præſtat per aluum, vrinas, ſudores, & vomitum. Quos naturæ motus i ars imitatur, quemadmodum teſtatur Galenus libro primo ad Glauconem: & libro nono, atque vndecimo methodi medendi. Quibus in locis, poſt adhibitam ab initio purgationem, aut phlebotomiam (prout affectus requirit) coctionem promoueri, & vacuationes eiuſmodi fieri vult, nulla de ſanguinis miſſionis repetitionē facta mentione: quæ tamē videbatur nō prætermittēda, ſi in ea tanta vis fuiſſet euacuandi putredos vitioſos q; humores febrem committentes, quantam iſti prædicant: quod non eſt veriſſimile Galenum, latuiſſe, multóque minus diſſimulaſſe. Aduersùs noſtram hanc ſententiam, obiiciunt aduerſarij, conſtare ex Galeno capite vigeſimo, libri de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, licere quocunque die mittere ſanguinem, præſentibus mittendi ſanguinis ſcopis, magnitudine ſcilicet morbi & viriū robore, non attendendo dierū numero. Et ex capite quinto, libri noni, methodi medendi, Licere conſtante virium robore ſanguinem mittere nō, ſolùm ſexto ſeptimóne die, ſed etiam alijs inſequentibus. Ex quibus inferunt, non

ini

initiis ſolùm, ſed aliis etiam febrium putridarum temporibus, & circa ſtatum, vel etiam in ipſo ſtatu, locum eſſe ſanguinis miſſioni. Verùm ſunt hæc obtuſiſſima tela, nec ſatis firma ad euertendam noſtram ſententiã argumenta. Nam imprimis, Galenus, loco citato ex libro de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, non quærit, an liceat quocunque morbi tempore ſanguinem mittere, ſed an numero dierum ſit præfinienda phlebotomia, quemadmodum nonnulli cenſebant, qui tertium morbi diem pro mittendi ſanguinis termino, ſtatuebant: alij in circuitum interuallis tantùm ſeccori venam volebant, aut verò præfinienda ea ſit atque eius præſtandæ opportunitas ſumenda, ex preſentia eorum quæ ipſam indicabant. Addens, quòd ſi quando in mittẽdo ſanguine habeatur dierum ratio, id non tẽporis gratia fieri, ſed quòd temporis ſucceſſu exoluantur vires: cui equidem ſententię nos facile ſubſcribimus: Neque enim temporis, aut dierum ratione factam phlebotomiam in ſtatu aut circa ſtatum reprehendimus, ac improbamus, ſed quòd tunc temporis nihil ſit quod ipſam requirat, nec à quo indicetur, tum etiam quod vires imbecilliores ſint, nec quòd non conueniat natutã ab opere cœpto reuocare, & ab humorum cui incumbit concoctione retra

here. Quantũ verò ſpectat ad illud quod proponunt ex nono Methodi, cõſtante virium robore licere mittere ſanguinem, non ſolùm ſexto, ſeptimóue, ſed etiam in ſequentibus diebus; agnoſcant eo loco Galenum, non de febribus omnibus agere, ſed de his tãtùm, quę ſunt cum ſanguinis copia: in quibus ſi fuerit præmiſſa ab initio venæ ſectio, licere vult Galenus eã quocũque die, viribus cõſtãtibus vſurpare; nõ febris, ſed copiæ ſanguinis ratione, quam imminuere quocunque tẽpore morbi licet, ſi vires conſtent, vel etiam circa ipſum ſtatum, ſi modò ad ipſũ quẽ ſigna deſignant at coctionis peruenire poſsit febris, perſiſtente plenitudine & ſanguinis copia, à qua nõ dubium eſt impediri ac tardari coctiones. Nec verò etiamſi ſeptimo, aut octauo (vt nonnunquam fit) mittatur ſanguis, propterea in ſtatu, aut augmento putandũ eſt, mitti. (Nõ enim tẽpora febriũ, dierũ numero, ſed coctionis notis deſignantur ac definiũtur: cuius rei fidẽ facit hiſtoria. Anaxionis pleuritide laborantis, apud Hippocratem tertio Epidemion, cui octaua die cum miſsus fuiſſet ſanguis, in principio tamen ac morbi primo tempore detractus fuit: nihil enim adhuc e odie ſpuebat, ſiccæ erant tuſſes, nec ſputa ante vndecimũ aparuerunt, eáque liquida, Cocta verò pacua decimo ſeptimo, tãtùm productus

eſt

eſt morbus ad vigeſimũ vſque diem. Hoc etiã dilemmate impugnatur eorum opinio, qui cẽ ſent ad febrium curationem vſurpari poſſe in ipſo augmento, vel circa ſtatum, atque etiam in ipſo ſtatu, ſanguinis miſſionem. febris quæ curanda proponitur, aut lęthalis, eſt, aut ſalutaris, aut dubij exitus. Si læthalis fruſtrà adhibetur ſanguinis miſſio, nõ enim deploratorũ ſuſcipienda eſt curatio. Si ſalutaris, non eſt q̃ de ea laboremus: nec eſt naturę benè operãtis opus interturbãdũ, nec dum coctioni incũbit aliò reuocanda, multo minus de eius viribus aliquid detrahendum (vt fit ſanguinis miſſione) eo potiſsimum tempore, quo his maxime opus habet. & quo ipſa ſe accingit ad pugnam, multoque minus in ipſa dimicatione. Si morbus dubij atque ancipitis exitus fuerit, in quibus quidẽ iſti maxime ſibi licere putant quocunque tempore mittere ſanguinẽ, opitulandum quidẽ, & ſuppetias ferre oportet dimicãti naturę, ſed nõ his quæ vires imminuũt, qualis eſt ſangninis miſsio, qua non parua caloris natiui, ac ſpirituum copia exhauritur, quibus natuta maximè eget, ad promouendam cõcoctionem, & ad ſuperandum morbum. Sed his quæ calorẽ natiuum roborant, alienũ reprimunt, ſpiritus inſtaurãt, coctionẽ promouẽt, obſtructiones tollunt, conceptum in humori-

bus vitium emendãt, intemperiẽ corrigunt, & facultatum integritatem, roburque principum partium tuentur, Quibus equidem natura adiũta collectis, & veluti recreatis viribus aduersùs morbum valide insurgit: & tandẽm quæ propemodum victa videbatur, superior euadit. Lõgè itaque errãt, quibus his omnibus post haditis, ad promouendã, atque accelerandam febrium putridarum curationem, nullo non tempore sanguinem detrahunt: etiamsi ab initio non fuerit præterniſa phlebotomia: nec initio solùm, sed etiam in ipso febrium augmẽto, vel etiam in ipso statu, vt Botallo placet, à sanguinis missione non abstinent Sunt alij nonnulli, quibus equidem phlebotomiæ quidem in febribus putridis repetitio placet, (in quo conueniũt cum istis aduersùs quos egimus.) Sed tamen in principijs tãtùm ipsarũ (quæ coctionis signis definiũtur) repetitionẽ illã probant. Apparentibus vero signis coctionis, & in ipso augmento, vel statu, aut circa statũ nullo modo, eã admittũt duobus exceptis tãtũ casibus Vno cũ recrudescit morbus: altero cũ graue aliquod incidit symptoma, quod maximũ naturæ facessit negotiũ, eámque vehemẽter ac plurimùm diuexat. Recrudescere autem febrem volunt, noua exorta putredine, & nouæ materiæ putrentis accessione: quod

non

non accidit niſi, aut propter diſsimilem humoris naturam ac cõditionẽ, quæ efficit vt una pars citius vel tardius altera putreſcat, aut propter eiuſdẽ diuerſũ ſitũ cuius gratia in vna parte humor putredinem cõcipit citius aut tardius quàm alio in loco: quod vt plurimum euenit, nõ tam ex humoris cõditione quàm ex loci natura, aut humidiore, aut denſitate ſua non ſinente diffiari humores. vnde fit, vt infebribus nonnunquam poſt laudatas vrinas intermedie veluticurſu, crudæ appareant, & recrudeſcẽtis ac exacerbatę febris índicia ſe prodãt. Accidit etiã recrudeſcere febrẽ nonũquã ægri culpa, quando ipſe aut in victu delinquit aut non ſe præſtat obedientem, aut dum grauioribus affectibus mẽs eius perturbatur: veluti ex inopinato dãno, vel allato ingrato nũcio, vel alijs eiuſmodi, quæ animũ cõmouent, & afficiũ. Ab externo quoque aere idem euenit, dum aut plus iuſto ab eo incaleſcit æger: ac cõmouetur, aut ab eius frigidioris occurſu ſtipãtur, occluduntúrque cutis ſpiracula. Recrudeſcit etiam nõnunquã, morbus, atq; exaſperatur medici culpa, dum is naturã plus iuſto multis euacuationib⁹ ſolicitat, aut eã cõcoctionẽ molientẽ abopere reuocat, intẽpeſtiuo multiplici q; remediorũ vſu. Hæc dũ accidũt, cœptas cõcoctiones intermitti neceſſe eſt. Quibus omni

bus ſanguinis miſsionè recte mederi putant quocũque acciderint tempore, quod quã minus recte fiat, videbimus, vbi de repetitione phlebotomę in febriũ initiis, dixerimus. Repetitinẽ phlebotomię in febrium initiis locum habere volunt primùm, cùm priori detractione plenitudini non eſt ſatisfactum, nec tantum detractum, quãtum ipſa exigebat: quod vt plurimùm, accidit propter virium imbecillitatẽ aut propter aliquod graue incidens ſymptoma. Volunt etiã repeti phlebotomam in ipſis initiis, dũ productior morbus fit nec cedit primis tentatis remediis, nulleq; apparẽt coctionis, notę. His etenim iudicari aiunt, non ſatis præſtitum auxilij naturę nec ſatis exemptum de eo, quod aut replebat, aut granabat. Cuius rei cauſa ſanguinis miſsionẽ adhibẽt, quo crudorũ, qui adhuc ſubſunt, humorũ parte aliqua denuo leuata natura, reddatur expeditior ad eius quòd ſuper eſt cõcoctionẽ. In priori quidẽ cauſa, cùm non eſt ſatis factũ plenitudini, nec tantùm ſanguinis eductum quãtũ ipſa requirebat, repetitionem phlebotomiæ, tanquam rationi conſentaneam, & Galeni placitis conſentientem facile admittimus. Sed eam quæ recrudeſcentis, & nouæ accẽdentis putredinis gratia fit, non recipimus. Poſt quam enim ab ipſo morbi initio ſoluta eſt plenitudo ac depletæ

pletę venæ,de quibus etiam multum detrahit, abſumitque,tum morbi ſeuuitia ac longitudo, tũ victus tenuitas quę in eiuſmodi acutis affectib.ſolet adhiberi)quod ſupereſt à natura ſupetari facile cũ poſſit,& concoqui, quid eſt opus illa vacuatione?promouẽdę etenim,cõcoctioni tantùm abeſt vt phlebotomia inſeruiat quin maximè officit, propter inſignẽ quã affert caloris natiuiac ſpirituũ diſſipationẽ:Coctionis autem nomine, non ſolùm intelligenda venit humoris crudi elaboratio,ſed cuiuſcunque à natura alieni, aut corrupti qualis is eſt, qui exputredineconcepta, & cordi cõmunicata febrẽ committit emendatio. Ad quã pręſtãdam, quàm parũ apta ſit ſanguinis miſſio, manifeſtũ eſt ex eo quod ſcribit Galenus, capite decimo quinto,libri vndecimi,Metho di medẽdi, phlebotomiã nec obſtructionem, nec putredinem curare. Si enim putredinem nõ curat nõ promouet coctionem, putredinis etenim emẽdatio,coctione fit.At,inquiunt,illi non repetitur in ipſis in febriũ initiis phlebotomia, quòd exiſtimetur huic vim ineſſe humores concoquendi,ſed quòd è multis crudis, paruo per eam educto crudo, natura leuetur portione ſui oneris.Si enim,inquiũt, in ipſis febrium primordiis,in quibus maxima eſt putredo,licet mittere ſanguinem,quo leuetur natu-

ra oneris parte, non videtur repudianda in ipſius progreſſu eius repetitio, quæ eo quod reliquum eſt naturam ſubleuat. Verùm ſi plenitudini prima detractione eſt ſatisfactum, & tãtùm detractum, quantùm ipſa exigebat, quid opus eſt illa repetitione? qua tantùm abeſt vt cruditas emẽdetur, quin calore natiuo his imminuto augeatur ipſa magis. Semper enim cùm vitioſis humoribus non parum laudati ſanguinis educitur per phlebotomiã, ſpirituſque & halitus benigni non parum expirat. Imo verò, plerúmque maiore copia bonus & laudatus ſanguis educitur quàm vitioſus, prout videlicet in venis quę tũdũtur offẽditur. Neque enim recipio prouidentiam illam naturæ, qua volunt nonnulli, ſecta vena prauos humores cùm delectu foras expelli. Præterea quid proderit poſt ſolutam plenitudinem eius qui reſtat ac ſupereſt, crudi humoris partem aliquam euacuare, cum tãtũdem de calore & viribus detrahatur, quãtùm ſufficiebat ad eius crudi humoris, qui educitur, concoctionem? Nec enim repetita iſta vacuatione leuari natura, vt iſti putãt, aut expeditior poteſt reddi ad concoctionem, cum tantumdẽ dematur de eius robore, quantùm de crudo humore ſubſtraitur, vt equidem maneat eadem ratio caloris, & coctionis, ad crudos humores poſt

phle

phebotomiã, quæ etat ante. Adde? quòd ſuperioribus eſt demõſtratũ? vt plethorę phleboto miã, ſic caeochymiæ deberi purgationem. At ſupereſt adhuc non modicum crudi humoris qui productiorem facit morbum. vnde conſtat, non ſatis auxilij ptæſtitum naturæ, nec ſatis exoneratam eam eſſe. Certum quidem eſt, non poſſe primis euacuationibus illis, quanquam ſolemnibus, que initiis febrium adhibentur, tãtam fieri humorum peccantium euacuationẽ, quin ſuperſint adhuc multi nec dubium eſt, naturæ eſſe opitulandum. Verùm non his quę naturę vim ac robur diſſoluunt, qualis eſt venæ ſectio, pręſtandum id ſed his quæ calorem natiuum conſeruant, calidiorem intemperiem emendant, obſtructiones tollũt, viſcera roborant, ac principũ partium vires tuentur. Cũ itaque habeat humor ille crudus quibus ſuperetur, ac emendetur, quid eſt opus venæ ſectione, aut vlla alia euacuatione, quæ ſit cum tanto virium diſpendio coniuncta. Quid ſi crudus ille qui ſupereſt ſuccus, productionis morbi cauſa non fuerit; ſed obſtructionum contumacia & magnitudo, quibus perſiſtentibus certum eſt, ex perpetuo perſpirationis impedimento, perſiſtere febrem? Quid ſi viſcerum impuritas eius febris diuturnitatis cauſa

ſa fuerit? An his accõmodata conuenienſ-
que fuerit ſanguinis miſſio, quæ nec craſſa
tenuat, nec viſcida deterget, nec cruda con-
coquit, fœdaque illuuie, (viſceribus impuris
ac ſordeſcentibus) venas exinanitas opplet.
Nec vetò ſi euacuatio aliqua aduerſus iſtã fe-
bris diuturnitatem requireretur: explenda
foret, ac præſtanda ſanguinis miſſione, ſed
purgatione potius id moliendum eſſet. Produ
ctiores enim potuis facit febres, quàm breuio
res ſanguinis detractio, abſente eius copia,
viribus redditis imbecilliorioribus, ex caloris
imminutione quam adfert. At purgatio citra
virium diſpenduum, humorem peccantem
& febrem commitẽtem, ac diuturnitatis cau
ſam commodiſsimè educit. Sed vbi plenitu-
do ſublata eſt & de humoris peccantis co-
pia tantùm ab initio eductum eſt, quantùm
res ipſa exigebat, quid opus eſt repetita, pro-
pter eam que ſupereſt cruditatem ſanguinis
euacuatione? cum natura cui, totum nego-
tium recte committitum, concoquere,
quod ad coquendum eſt habile, & quod
vacuari debet, expellere recte poſſit. adiun-
ta potiſſimũ his que cauſis tũ obſtructionis
tũ putredinis aduersãtur? incidẽtibus, attenuã
tibus, ac detergentibus, et aliis quę, expul-
ſionni incumbentis motum adiuuent ac

conatus

conatus promoueant, quod non præſtat ſanguinis miſſio. Imò verò naturæ vim, ac vires frangit, & eneruattū immoderata tum ſæpius repetita cuiuss rei hoc maximū fuerit argumentum, quòd qui ſolicitati frequenti phlebotomia naturæ tamdem beneficio, aut ſua bona fortuna à febrem liberantur, diutiſſimè imbecilli manent nec reſici prōpte poſſunt, nec reſtitui niſi quam ęgerrime in priſtinam ſanitatē, adeò in illis exhauſtæ ſunt, vnà cum ſanguine vires facit etiam hæc frequens phlebotomiæ repetitio, vt in eiuſmodi ægris, non licieat nobis obſeruare ſolēnes illas ab Hippocrate, & Galeno tantopere commēdatas, & tam accurate deſignatas euacuationes quæ per criſes fiunt, quòd omnibus exhauſtis humoribus nihil natutæ relinqautur quam tamen agnoſcunt omnes, morborum eſſe medicatricem: Iuſtant aduerſarij, non minus licere producto iam morbo, & poſt febris initia cum minus eſt cruditatis in venis, eius quæ ſupereſt cauſa phlebotomiā adhibere, quàm ipſo motbi initio, quo longè copioſior eſt cruditas, & humoris peccantis maior moles: In quo tamen ab omnibus phlebotomia admittitur. Verūm, longè, diſſimilis eſt ratio. Nam, initio febrium adhibetur phlebotomia, propter plenitudinem & ſangui

nis copiam, aut vt illis placet, propter humorũ aliorum, multitudinẽ, venas diſtẽdentẽ, & plenitudinis pericula minitantem, quæ vitare conſilium eſt. At verò producto iam morbo, & poſt ſolutã in ipſis initijs plenitudinem, & ſublatam humorum abundantiam, nihil horum verendum. Nam tunc nec turgent humores copia, nec opprimititur natura ipſorum mole: nec quicquam adeſt, quod phlebotomiam indicet. Adhęc ſunt producto morbo vires multò imbecilliores, quàm ipſo initio, bonus ac laudatus ſanguis parcior, abſumitur enim plurimũ eius per febres, & partibus ad id munus comparatis, factis imbecilliorib̃us, non ſatis eſt vnde inſtauretur, maiorque fit triplicis ſubſtantiæ iactura, quàm reparari poſſit, grauiora etiam tunc temporis incidunt ſymptomata. Circa initia etenim leuiora omnia. In ſtatu, grauiora, vt habet Hippocratis aphoriſmus trigeſimus, libri ſecundi aphoriſmorum: cuius rei gratia dicebat ille, Incipientibus morbis, ſiquid monendum videtur, moue: vigentibus verò, quieſcere multò præſtat. Quid igitur hos mouet, ad repetendam phlebotomiam in ipſis febrium initiis & primis temporibus, poſt ſolennes euacuationes, Quod reliquum eſt crudæ materię. At natura ad id vincendum ſatis eſſe poteſt, nec deerit,

rit vt pote valida adhuc in ipſis initiis, & nũquam otioſa. Nec verò, etiam ſi aliquid reliquum eſſet, poſt eas ſolennes quæ adhibentur in ipſis morbi primordiis euacuationes, quod indigeret euacuatione, adhibenda eſſet ſanguinis miſſio, quæ calorem nariuũ imminuendo, & ſpirituũ diſſipationem faciendo, productiores reddit febres: tantúm abeſt vt breuiores reddat. Sed purgatione id eſſet præſtandum, quæ vitioſis ſuccis, & cacochimiæ debetur, vt ſupra eſt demonſtratum. Addunt adúerſarij, quô ſuam de repetenda phlebotomia in febrium innitiis tuãtur ſentẽtiã, Ex repetita phlebotomia in febrium initiis, hoc accedere, præter eam quæ fit materiæ crudæ euacuationem, commodi, quòd moderetur ſanguinis humorúmq; feruor, & diffluentur melius omnia, quemadmodum, inquiunt, accidit feruentibus in dolio vinis, ex modica vacuatione. Verùm Cum exigua admodum illa ſit (ſiqua eſt) refrigertio quæ ad ſanguinis miſſionem conſequitur, viam tum fuliginoſis excremẽtis tũ aeri præludẽte sãguine, dũ per inflictum vulnus illabitur vt ſupra eſt demonſtratum, quid poteſt illa ad caloris febrilis moderationem Et quæ proportio minimũ aeris, vel etiam frigidiſſimi ad febrile incendium? Conſona verò parum eſt ſimilitudo

illa

illa, quam afferunt de feruente in dolio vino quod minima euacuatione feruorem deponit. Non enim ſanguis in venis vna amplaque capacitate ac ſpatio vno, vt vinũ in doleo cõtinetur, quò expirati promptè eius feruidus vapor poſſit, ſed per varias multipliceſq; venarum propagines excurrit longèq; ac late diffunditur, riuulos agens, quo fit vt data porta non poſſit minima euacuatione feruorem deponere, Adde magnam incendij partẽ in arteriis contineri, quæ nõ tundumtatur Præferunt verò iſti, ad eius quam in initiis febrium ſua illa ſanguinis miſſionis repetitione contendunt facete crudę materiæ euacuationem, phlebotomiam purgationi, quòd in hac præparatione ſit opus, ex aphoriſmo Hippocratis nono, libri ſexti aphoriſmorum, corpora cum qui purgare volet fluxilia faciat oportet quod nõ ſolum de corporibus ac viis liberis reddendis ſed etiam de ptæparandis homoribus intelligtur. et ex ſecundo libri primi · Concocta medicari oportet, non cruda. In illa verò nihil eiuſmodi requiratur. Verùm hæc maximè intelliguntur, de ea purgatione, quam præſtabant validiora illa medicamenta Hippocrati, & illius ſeculi medicis vſitata, que propter inſignem eorum vim & turbationem quam inferebant, non licebat

cebat vſurpare citra multam & exquiſitam præparationem, noſtris vero benignioribus, licet innoxie vel etiam non ita ẽxquiſite præparatis humoribus vti, quôd vim non faciant noſttis corporibus, ſed blãde euacuent, præcipue quos offenderint in primis venis & prima corporis regione humores; potiſsimũ vbi iãaliquod coctionis rudimẽtũ ipſi acceperint. Addunt præterea aduerſarij, ad hoc inſtitutum phlebotomiam purgationi præferendam, quod ea aptiſsime emendetur ac tollatur vitium quod contrahit ſanguis per febres, ab humorum ipſas commitentum putredine, hoc ipſum de ſanguine quod vitiatũ eſt aptiſsime euacuans, maiuſque conſequi eommodum, ex ea largiore ſanguinis vitiati vacuatione, quã ſit quod ex iactura nonnihil boni & landati qui vna edueitur, damnũ exiſtunt. Quę ſane ratio, aliquam habe ret veritatis adumbrationem, ſi nullis alijs modis quam phlebotomia, humorum & ſanguinis vitium emmendari poſſet, & quod in illis eſt corruptnm euacuari. Verum cum id, vel etiã multo commodius poſsit præſtari purgatione & concoctione ſeu alteratione conuenienti eius quod non omnino naturæ limites exceſsit, non eſt quod horum gratia phlebotomiam vſurpent. quæ probo ſanguine vna

cum vitioſo educto, damnum perpetuo inferr,quod eget compenſatione. Quod enim corruptũ eſt in humoribusid,natura(cuius ars eſt imitatrix,)per aluum,vrinas, ſudores vomitum euacuat. Quod minus eſt corruptum, coquendo ſuperat. Si qua intemperies inducta eſt:ars ipsã emendat. Adeoquidem vt nullum in ſanguine vitium eſſe poſsit quod his non ſuperetur.(Excipio venenatam qualitatem cui debetur antipharmacum) Nec vero hæc,ad vitij quod ſanguis ex humorum febrẽ committẽtium putredine acquirit concoctionem videntur neceſſaria: (cum non aliud ſit illud quam calefactio quæ reſtigerantibus ſuperatur. Incaleſcũt enim tantũ tum ſanguis tum alij humores qui febrem non comittant,ex putredine eius qui febrem facit. Non enim recrudeſcit ita ſanguis vt ſit opus noua coctione. Quî enim fieri poteſt vt is probe coctus ac elaboratus,denuo cruditatis vitium induat & quis eſſe poteſt coctionis ad cruditatem regreſſus? Non putreſcit etionn aut putredinem acquirit vel ſuſcipit veluti per contagium ab humore putrente qui febris eſt author. Quanquam enim ſanguis ſuis qualitatibns ad putredinẽ videatur prodiuis & aptus. Et putredo p cõtagiũ ſerpat facile, nihilominus tamen neque is, neque alij humores qui

in

invenis continentur à putrente humore febrem committente putredinem concipiunt, ſed perſiſtunt immiolari, incaleſcuntq; tantum, Secus enim, ſi humores alij ex aliis per febres putredinem conciperent, permiſcerentur febrium omnium genera, nec vlla ſimplex dari poſſet. Et ſi ab vno humore in alium putredo ſe inferret & ab eo humore qui febrē committit in alios qui febrem non faciunt ſe inferret, mutuo ſeſe febres omnes exciperent, tentianam quotidiana, aut quartana, & hanc aut illam tertiana: prout is vel ille humor, aut vicinior aut ad putrendum paratior foret, nullaſque putrefcendi fieret finis donec omnes in venis contenti humores, putredine abſumpti eſſent, quod quam abſurdum ſit, cuique licet iudicare. Cōſtat itaque eos ſolū humores putreſcere per febres qui febrem committunt, vt bilem intentiana exquiſita, bilem & pituitam in notha, melancholicum humorem in quartata, in quotidiana pituitam, incolumi interim ſanguine, qui ne totus quidem putreſcit etiam in ſinocho ſed putri id tantum quod vitioſum eſt & ad concipiendā putredinem aptiſsimum Solum igitur incaleſcit per illas febres non vero putreſcit ſanguis, nullumque aliud ex putrente humore qui febrē committit vitium concipit. Quod equidem

qum refrigerãtibus tum ſumptis tũ admotis recte emendari poſsit, non eſt quod ad eam rẽ phlebotomiam vſurpemus. Suffecerit igitur pro prima parte curationis febrium putridarum, præmiſiſſe ſolemnes euacuutiones ſanguinis miſsionem & purgationem, pro cõditione & natura humoris plenitudinem cõmittentis, quô leuacta natura oneris portione melius incũbat in reliquæ materiæ concoctionẽ Quibus dũ eſt ſatisfactũ plenitudini, nõ videtur opus eſſe phlebotomiæ repetitione ſed totum negotium naturæ committendum quam inuare quidem arte licet, ac ſuppetras ferre non phlebotomia quod vires eius deiiciat, ſed his quæ putredinis cauſas tollunt, humorum coctionem promouent & principum partium robur ac facultatum integritatem tuentur. Hæc dicta ſint de phlebotomiæ repetitione in febrium initis ac primis temporibus quæ ſignis coctionis deſignãtur ac terminantur, Quid in aliis temporibus, augmẽto ſcilicet & ſtatu de ea ſentiant aduerſarij videamus Vt primũ coctionis ſigna in febribus apparent, à phlebotomia abſtinent illi (in quo non parum diſſident à Botallo) tribus exceptis caſibus, Primo dum noua exorta putredine nouæ q́ue materiæ acceſſione recrudeſcit & exacerbatur morbus.

Alterc

Altero dum in partium internarum inflammationibus ſuborta noua fluxione ingraueſcit febris. Tentio dum graue aliquod ſymptoma ſuperuenit quod naturam vexat & febrem exarcebat, quibus recte mederi putant ſanguinis miſſione. In horum quidem duobus poſtremis caſibus non omnino videtur repudianda ſanguinis miſſio, ac potiſsimum dum noua recurrente fluxione, partis alicuius internæ inflammatio augeſcit atque exacerbatur, quod frequens eſt in pleuritide, in qua non raro poſt conſpicua in ſputis ſigna coctionis, & poſt febris remiſsionem ac liberiorum reſpirationem, de repente noua oborta fluxione ingraueſcunt omnia, & recrudeſcũt ſputa &, augetur febris, maiorque reſperãdi difficultan ingruit. Quod dum euenit non ſolum vtilis ſed etiam inprimis neceſſaria repetitio phlebothomiæ. Plærumque etiam ingens capitis dolor præter ſpem obertus nõ ſolum inuitat ſed etiam compellit nos ad repetendam phlebotomiam. Verum cruditatis & nouæ purredinis exortæ cauſa (qui tertius eſt caſus) phlebotomiam in febris augmento aut, circa ſtatum, vel etiam quod grauius eſt in ipſo ſtatu repetere, à ratione & à veterum placitis omnino eſt alienum. Nec enim Galenus alterum medicinæ lumen, & in artis o-

peribus exercitatiſsimus, ac in rerũ cauſis inueſtigãdis ſagaciſsimus & in inueſtigãdis oculatiſsimus. nec quiſquam alius magni nominis priſci illius tẽporis medicus quidquã eiuſmodi tradiderũt. Neque enim ille in libris methodi aut in his quos ad Glanconem. philoſophum iam ſenex ſcripſit (in quibus ex profeſſo de febrium curatione egit,) nec alio quoquam in loco, repetitionis phlebotomiæ in ſtatu aut augurento meminit poſt ſolutam plenitudinem ſublatamque ſanguinis copiam ab ipſo morbi initio quantum ipſa exigebat, etſi eum nõ lateret nũnumquã exacerbari in medio veluti curſu febres aut recurrente fluxione in inflammationibus, aut noua ſuborta febre purredine, atque, etiam errore tum ægri tum aſtantium & ab externis quoque & male comparatis & prolixiores & grauiores fieri febres : vt conſtat ex commentario in aphoriſmum primum libri primi aphroriſmorum in quo docet ab his plærúmque vel prægnoſim vel curationem vel vtrumque intempellari atque impediri. Ratio quoque & docet aperte idſuadet. Neque enim veriſimile eſt naturã quæ ingentem humorũ molem & ſummam crudorum humorum copiã non ſolum ſubſtinuit ſed etiam aliqua ex parte ſupperauit, concoctionis etenim ſigna iam

eluceſcunt

eluceſcũt per augmẽtũ in vrinis,nõ poſſe pau cillũ id q̃ de nouo emerſit nouæ materię & q̃ reliquũ eſt putredinis ſuperare (niſi interturbetur)eo maxime tẽpore quo facultas tũ naturalis tũ vitalis maxime conſtãt & validæ exiſtũ.Repetitio quoque phlebotomię in augmẽto febris renouatę putredinis & cruditatis cauſa,ex hoc maxime damnatur quod dũ ea crudã materiã exhaurire cõtẽdimus laudabilẽ vna educimus. Tũc etiã ex eo q̃ cõcoctã aduerſo motu atq; alia quã ſuſceptura eſſet natura via educimus.Nõ vero idcirco exiſtimãdũ licere in augmẽto ac progreſsu febris phlebotomiã repetere,ſubortæ crudæ materie cauſa, quô eius portione uacuata cõcoctio q̃ cœpta eſt melius perficiatur.q̃ in ipſi initiis,in quib. crudę materię copia adeſt, (vt pote cuius nulla pars, adhuc coctionẽ ſenſit) admittatur ſãguinis miſſio. Multũ enim diſſimilis eſt horũ ratio, nã in ipſis initiis,plenitudo adeſt aut ſãguinis copia, concoctionis ſigna nulla adſunt turget materia,leuiora ſunt omnia cõſtantque vires.In augmẽto vero, iã apparẽt coctionis radimẽta,aqua reuocare naturã non licet, vires ſunt imbeciliores tũ ex maiore triplicis ſubſtãtię à calore febrili iactura, tũ propter ſymptomatũ grauitatẽ maiorẽ & victus qui eiuſmodi morbis debetur tenuitatẽ, Dicebat Ita-

que Hippocrates aphoriſmo vigeſimo nono li.2.Incipiẽtibus morbis ſi q̃ mouẽdũ videtur moue,vigẽtib.quieſcere multo pſtat.Nõ licet igitur in augmẽto febriũ,putridarũ,crudę materię acceſſionis cauſa phlebotomiã adhibere. Nec vero etã ſubortę putredinis occaſione,id licuerit. Si enim eius gratia id liceret,in ſtatu quoq; & toto morbi decurſu liceret , cũ ipſa tãdiu pduret quãdiu febris pſeuerat,fit enim toto febris progreſſu ppetua nouę putredinis acceſſio. Non enim humor qui febrẽ facit totus ſimul ac cõfertim putreſcit, ſed quemadmodũ ignis in ligno cõceptus , continuatione quadã ſubiectã materiã depaſcitur, atq; incẽdit.Et in phlegmone collecti sãguinis pars vna citius alia tardius putreſcit ac ſupurat. Sic in febribus putridis ex ſubiecta materia & humoribus febrẽ cõmittẽtibus portio alia prius, alia poſterius putredinẽ concipit , & quandiu pſeuerãt febris ppetua fit nouę putredinis acceſſio donec videliſcet materia tota ſit absũpta. Subortę itaq; nouę putredinis cauſa nõ videturrepetẽda sãguinis miſsio q̃ nec toto morbi decurſu nec etiã in ipſo ſtatu in quo illa & viget & maxima eſt(ꝙ indicat incẽdiũ ꝙ tũ fit maximum , ſequitur enim effectus magnitudo,ſuę cauſę magnitudinẽ.) vnquam admittitur , quam ne ipſi quidem in augmento ercipiunt

cipiunt niſi preſentibus propoſiti conditionibus ſuperius recruſitis Recrudecere quoque dici poteſt febris nõ ſolũ crudę materię & nouæ putredinis acceſſione, aut fluxionis recurſu vel incidẽtiũ ſymptomatũ vehementia vt dictũ eſt. Verũ etiã operũ naturę ceſſatione & inchoatæ coctionis intermiſſione, q̃ accidit dũ illa aut interturbatur aut alio reuocat aut imbecillis redditur vt ſit per immodicas ſubortas euacuationes aut ſymptomata alia grauiora, vel inſignẽ aliquã intẽperiẽ aut errorẽ in victus ratione, aut ab exrernis male cõperatis aliiſq; eiuſmodi quæ imbecillitatẽ naturæ inferre poſſunt propter quã neceſſe eſt aut intermiti aut tardari humorũ concoctionẽ. Vnde accidit, eius materię crudę ceuſaq̃ ,ppter intermiſsãt cõcoctionẽ reliqua eſt, ſigna eruditaris in vrinis ſpectari q̃ antea dũ natura coctioni incumbebat , nihil eiuſmodi præſeferebant, Quod dum euenit quis, niſi omnino artis medicæ ignarus phleboromiam adhibuerit? de qua ne quidem ante contractam imbecillitatem illam cogitabatur. Abſurdum enim fuerit, de viribus detrahere aliquid cum imbecilliores factæ ſunt. Studiũ itaque tũc ſit nõ venã ſeccare, ſed vires roborare & cõcoctionẽ promouere humores apparẽdo, obſtructiones tollere incidentium & deterget tum vſu, intemperiem

riē emēdare, & aduerſari cauſis quę imbecil-
litatem iuduxexūt, pugnamque redintegrare
aduerſus eas quę putredinem & febrem inue-
xerunt. Si ad iſtas rationes addantur quæ ſu-
peririobus paginis ſunt recenſitæ, non dubiū
quim iſti quoque aduerſus quos poſtremo egi
mus, multum remittant de illa frequenti ſan-
guinis repetitione cui hactenus indulſerūt qui
bus cōuincētur etiā facile qui in febriū phle-
botomiam admittētiū declinatioue, sāguinis
miſſionem adhibent. Non enim eo febris tē-
pore, plenitudinis aut ſanguinis copiæ cauſa,
recte adhiberi poteſt, iām dudum enim abeſt.
Non putredinis ratione, deuicta enim ac ſupe-
rata tune temporis propemodum eſt, vixtriſ-
que natura exiſtit. Non euacuandæ materiæ
cōcoctæ gratia. Excretiones enim quæ per ſta
tus fiūt nō prēcedit, ſed ſubſequitur declina-
tio, vbi ſcilicet excretione & criſi ſoluitur
morbus. Sin minus, aut vero vbi à criſi aliquid
reliquum eſt, natura quos concoxit humores
aut tranſponit in ſubiecta vel imbecilliora
& ignobiliora loca, aut excernit per aluum,
vomitum, vrinas, ſudores, aut per inſenſilem
tranſpirationem ſenſim excutit, vt quidem
non ſit opus venæ ſectione. Nec vero etiam
ſi opus inceptum non perficiente natura) ege
ret illa artis ope, & requireretur euacuatio ali-

qua,

qua, liceret id phlebotomia præſtare. Humores enim quos natura concoxit, à probo & laudato ſanguine & bonis ſuccis ſeparat, hos vt ſibi aſſeruet, illos vt expellat. At ſãguinis miſſio vtroſque promiſcue & nullo delectu euacuat, & quos natura ſibi aſſeruabat, educit. Quapropter, incommoda ad modum fuerit in declinatione phlebotomia. Quemadmodum igitur in phlegmones declinatione, in qua materia magna ex parte eſt non ſuperata modo ſed, etiam ſupputata, nullus amplius eſt locus venæ ſectioni ſiue ad reuulſionem aut derivationem, ſiue ad euacuationem materię antecedentis, aut ſuppuratę ſeu coniunctę eductionem, ſed alia queritur via qua pus expurgetur Sic in febrium declinatione, vbi materia eſt concocta (reſpondent enim hæc ſibi inuicem) non eſt amplius opus venæ ſectione, ſed alia via educẽda venit. atque euacuanda ſi natura ſponte non fuerit aliquam euacuationem molita. Ad hęc quid abſurdius quam deuicto morbo quærere remedium illud inſigne ac magnum quod ad ipſum ſuperandum ac impugnandum fuĕrat vſurpatum Et cum laboram à periculo eſt tutus, edhibere venæ ſectionem? Neminem quidem perire in febrium vniuerſali declinatione ſctipſit Galenus libro tertio de criſibus & ratio id docet

cet. Vbi enim ſtatus præteriit, natura iam ſuperior euaſit, neque enim aliter morbus declinaſſet, nec poſſible eſt, vt poſtquam cauſæ morboſæ iam coctæ ſunt, & iam natuta ſuperauit, ægret moriatur. Ex errore tamen vel leniſſimo, errore inquam ægri aut medici, accidere mortem poſſe, idem ipſe teſtatur eodem loco. At quis error maior eſſe poteſt quam naturam ex dimicatione & pugna illa quæ ei fuit, per ſtatum maxime, cum morbo, fatigantem ac debilitatam, ſanguinis euacuatione in quo bona pars ſuarum virium conſiſtit, deiicere ac proſternere et optima molientem interpellare? Ad ſanguinis miſſionem recte inſtituendam requiritur virium robur viribus imbecillis non eſt ei locus. At quo febris tempore magis fractę ac debilitatę ſunt vires, quam in declinatione. A magnitudine morbi indicari volunt venæ ſectionem. At quî magnus eſſe poteſt morbus iam ſuperatus ac deuictus. Non fuerit igitur remedij illud genus vſurpamdum, quod nec morbus perductus ad declinationem requirit, nec vires ferunt. At iniquiunt, ſupereſt aliquid vitioſi ac putridi humoris, cuius indicium eſt febris perſeuerantia, quod eductum venæ ſectione, ſanationem accelerat, refrigerationemque inducit, nec tamẽ cũ ſit exigua euacuatio, (largiorẽ etenim

etenim vites non ferunt, viribus ac naturæ robori quicquam officit. Hæc ſunt diuerticula, quibus dum effugere ſe exiſtimant incommoda quæ recenſuimus in grauiora incidunt. Nã quod à nobis ſuperius dictum eſt de ſanguinis miſſione in febribus, abſente ſanguinis copia, ne denuo repetamus: Cum natura meliorem partem humorum euicerit ac concoxerit, quare reliquum ei non committetur? Nũ quæ potuit aceruum humorum, reluctantibus etiã omnib. ſuperare, ad minimũ quod reliquum eſt euincẽdũ nõ ſuffecerit cum iam ſuperior euaſit? Quantum ad refrigerationem, quæ á tam exigua vacuatione nonexcedente duas, tres aut adſumum quatuor vncias, (maiorem etenim vires non ſuſtinent) expectari poteſt, quam ne etiam requirit febrilis calor qui per concoctionem ceſſante putredine eius cauſa, ſponte remittitur vt non ſit opus illa refrigeratione. Nec vero eius quod reliquũ eſt putrẽtis in febris declinatione materiæ quicquã, quod alicuius ſit momenti, modica illa per phlebotomiam euacuatione educetur etiamſi hac vti liceat. Interim vero naturæ robur diſſoluitur viteſque languidiores, fiũt vnde non ſolum recidiuæ aut mortis ex eo errore periculum imminet, ſed, etiã ſi hæc abſint, tardius conualeſcunt ægri & difficilius

ficilius ſeſe ex morbis erigunt atque recoligũt præter alia incommoda quæ incurrunt à nobis recenſita. Interpellatur ac fatiſcit natura, & nihil interim proficitur. Imo vero in deſcrimen adducitur æger, qui per morbi declinationem à periculo tutus erat. Vt ſane ſit hoc factum hominis temerarij ac inconſulti, qui in re incerta dubitationẽ querit & qui ancipitem ac dubium facit morbum (eius quod in vtile ac ſuperfluum non ſolum eſt ſed etiã incõmodum molitione) à quo ſecurus erat & in tuto poſitus æger antea. Satius itaque fuerit ſtare in his quæ iam certa ſunt ad ſalutem, quam ſtudio aliquid moliendi, aut populatem autam captandi nouitate rei, & aliquid præ aliis tentandi, aut accelerandę valetudinis cauſa vt nonnulli putant, in deſcrimen ægrum deducere. In quod ſcribit Galenus tentio de criſibus incidere, eos, qui iam declinationẽ morbi attingentes, medicorum inſcitiam atque errores ſuo periculo experiuntur.

FINIS.

Prima ſequentem honeſtum eſt.
in ſecundis tentiſue
conſiſtere.

Pauones amant
Columbæ.